





DISPUTATIO INAUGURALIS  
IURIDICA,

De

VINDICTA PRIVATA.

QVAM

DEO PRAESIDE,

&

ACCEDENTE CONSENSV AC  
DECRETO

NOBILISSIMÆ & AMPLISSIMÆ  
FACULTATIS IURIDI-  
CAE ACADEMIAE ARGENTI-  
NENSIS,

Pro summis in utroque jure consequendis  
honoribus ac privilegiis proponit,

&

*Solemni eruditorum examini ad diem 17. Maii,  
horis & loco consuetis, ventilandam & exami-  
nandam submittit*

CASPAR Schwarkopff/  
Rostoch. Megapolit.

ARGENTORATI,

Ex Typographéo FRIDERICI SPOOR.

ANNO M. DC. LVI.

517.  
Resp. 21

1656, 12.

19

tam  
talis

vale  
c. r.  
rum  
unc.

eat?  
icare

.S. I.

noni  
icem

furt.

US,



17. 97b

di  
ty  
t.  
cu  
fu  
m  
ru  
fu  
ff.  
qu  
ff.  
su  
16.





CVM DEO.  
 DISPUTATIO JURIDICA  
 INAUGURALIS,  
 DE  
 VINDICTA PRIVATA.

**N**ihil magis civitati pernicio-  
 sum, nihil tam juri & legibus contra-  
 rium est, quàm in bene constituta  
 Rep. quicquam per vim agi: Cic. *in*  
*orat. pro Cecin.* Hæc siquidem est  
 fons ac origo tumultuum & discor-  
 dia, *arg. l. 176. ff. de R. I. mater seditionis, mali nihil ipsa*  
*tyrannide inferioris, Gilhaus. in arb. Indic. criminal. c. 2.*  
*z. 16. n. 1.* & sic inter ultima non iniuriã connumerandi;  
 cum ab hoc bene constitutæ Respp. plus damni sæpius  
 fuerint perpeffæ, quàm ab externis bellis, fame, aliisve  
 morbis, *Liv. lib. 3.* Salutari ergò consilio, ut ab his cor-  
 ruptionibus & peste præservarentur Respp. omnis vis  
 sublata; Juris publici autem tutela constituta, *d. l. 176.*  
*ff. de R. I. l. nullus 14. C. de Judais, & quilibet actionibus, si*  
*quas justas se habere putet, experiri jussus est, l. extat 13.*  
*ff. quod metus caus. l. 13. §. 3. ff. de usufr. l. unic. C. ne quis in*  
*sua causa judicet. l. dotis, C. soluto matrim. c. ad hoc 63. caus.*  
*16. q. 1. nisi poenis, vim inferentibus constitutis, se sub-*  
 mitte-

mittere, quàm legi obedire malit. §. 1. *Inst. vi bon. rapt. l. 7.*  
*C. unde vi. tot. tit. ff. & C. ad L. Jul. de vi publ. & priv. junct.*  
*l. 52. §. 5. ff. de O. & A.* Verùm enim verò, cum in repenti-  
nis malis, mora, cum irreparabili præiudicio, sæpissimè  
coniuncta sit, adeò, ut nulla detur facultas adeundi ju-  
dicem, nisi vulnerata causâ; nemo non illum pruden-  
torem iudicabit, qui juxta consilium *l. fin. C. quando in*  
*integr. restitut. non est necessar.* intacta sibi jura servare,  
& morbum, verbis, herbisve incurabilem, lapidibus re-  
pellere, quàm mortuo, quod aiunt, cantherio januam  
claudere malit; idque cum nonnullis casibus permis-  
sum sit, rectè sub titulo vindictæ privatæ illos nota-  
mus.

#### THESIS I.

**V**indicta, à vindico dicta (a), interdum festucam  
sive ferulam, quâ Dominus manumissor Ser-  
vi caput percutiebat (b), nonnunquam per-  
secutionem fugientium denotat (c). Nobis est, ultio,  
ipseque ulciscendi actus (d).

a) Aliud est vindicare, aliud vendicare: hoc enim à *venum &*  
*dico*; illud autem à *vin & dico*, derivatur, Laurent. Valla. *lib. 5. ele-*  
*gant. c. 8.* Christian. Becman. *de Origin. Latin. Ling. p. 311.* Licet illa dif-  
ferentia à *Jctis*, qui jus in re, & rem ipsam vindicari dicunt, *l. si spon-*  
*sus §. §. fin. l. uxor marito §. ff. de donat. inter vir. & uxor. t. t. ff. & C. de*  
*rei vindicat.* Gœddæus *ad l. 131. n. 22. & seq. ff. de V. S.* non fuerit ob-  
servata. (b) Hâc percussione, animo libertatis dandæ factâ, Do-  
minus servum liberum efficiebat. *l. 122. §. Flavius 2. ff. de V. O. l. 5. ff. de*  
*manumiss. vindict. l. fin. ff. pro derelicto. l. 15. de manumissionib.* dicta au-  
tem est à *vindico*, eo quòd servis non nova libertas detur. *arg. §. 3.*  
*Inst. de jur. personar. junct. l. 32. ff. de R. I.* licet alii vindictam à *Vindico*,  
Vitelliorum servo, qui, ob detectam quorundam coniuratio-  
nem, libertate donatus est, descendere, non absque ratione, existi-  
ment: Harp, & alii *Dd. ad tit. Inst. de libertin.* (c) *Gl. & Dd. in l. quod*  
*Reip.*

Reip. 33. ff. de iniur. Ioh, Calvin. Schard. in lex. Jurid. verb. vindictam  
facere. (d) Spigel. in lex. Jurid. Civil. verb. vindictam facere. & verb.  
ultio.

II.

Est autem vel publica (a), vel privata (b), quæ ite-  
rùm vel licita, vel illicita (c).

a) Quam persona publica, Judex, exercet. l. i. §. si filius, ff. de  
obseq. parent. & patron. prest. junct l. i. §. 10. ff. de offic. prefect. urbi  
l. i. ff. de Jure patronat. de modis, quibus eam exercent, not. Ro s-  
bach. in process. criminal. lib. i. c. 12. Gilhaus. in arbor. Judic. criminal.  
p. i. c. 3. & p. 5. c. 6. Marcus de Mantua in apophthegmatib. singular.  
116. Harp. ad §. publicorum 2. Inst. de publ. Judic. Althus. Dicaolog. Jur.  
lib. 3. c. 14. (b) Quæ nobis privata dicatur, ex sequentibus erit no-  
tum. (c) Cum regulariter omnis vindicta privata inveniatur pro-  
hibita. Deuter. cap. 32. vers. 35. Levitic. c. 19. v. 17. & 18. Prov. c. 17. v. 11.  
c. 20. v. 22. c. 24. v. 29. Matth. c. 6. v. 14. Luc. c. 6. v. 27. Rom. c. 12. v. 19.  
1. Thessalonic. c. 5. v. 15. c. ita planè: c. hac autem, 23. q. 4. t. t. rubr. & nigr.  
C. ne quis in sua caus. judic. l. 14. C. de Jud. eis. l. non est singulis, de R. I. in  
his demùm casibus ea permilla erit, in quibus jura ac leges eam to-  
lerant vel probant, ut sic generalis regula, fundamentis supra alla-  
tis probata, in casibus exceptis, perdat officium. arg. l. i. ff. de R. I.

III.

Vindictam ergò, quæ & nonnunquam ultio dici-  
tur (a), definimus, quòd sit actus (b) Juris Gentium (c),  
quo homo privatus iniuriam, justè metuendam (d) vel  
eam, quæ actu ipso infertur; aut illatam, ad defensio-  
nem vitæ, famæ, aut rerum, licitè vindicat vel repel-  
lit (e).

a) Vindicta proprium magistratuum munus est; ultio, pri-  
vatorum: Auson. Popm. in diff. voc. p. 242, in jure hæc promiscuè ac-  
cipiuntur, t. t. rubr. & nig. C. quando lic. unicuique sine judic. vindic.  
(b) Arg. l. 19. ff. de V. S. junct. l. 3. l. 8. l. non omnis, ff. de reb. cred. l. in agris  
16. ff. de A. R. D. l. 21. ff. de A. vel O. H. l. 5. C. de iniur. (c) Rationem  
enim moderatæ defensionis, quæ anima legis est, juri gentium ac-  
ceptam refert, licet aliæ gentes, in servando moderamine, fuerint  
remissiores, aliæ diligentiores: Pet. Fab. lib. 2. semest. c. 2. p. mihi 222  
A 3 & seq.



222  
& seq. arg. l. 3. junct. l. 1. §. f. ff. de l. & l. originem tamen defensionis, offensionisve, juri naturæ tribuimus: l. 1. §. cum arietes 11. ff. si quad. paup. sec. dic. l. 1. §. vim vi 27. ff. de vi & vi armat. quibus variaz fuerunt circumstantiaz additæ, à Jure Divino. Genes. 14. v. 14. Exod. 21. v. 13. cap. 22. v. 1. Deuter. 19. v. 9. Levit. 19. v. 18. Matth. 22. v. 39. Marc. 12. v. 31. Luc. 10. v. 27. & c. Canonico: c. quia te, dist. 50. c. cum homo, 23. q. 5. c. interfecisti 2. c. 3. c. 18. Extr. de homicid. voluntar. & casual. c. si verò excommunicatus 3. Extr. de Sentent. Excommunic. Civili: l. 3. ff. de l. & l. l. 4. l. 5. l. 45. §. qui cum aliter, ff. ad L. Aquil. l. 1. C. ande vi. l. 1. & 2. C. quando unicuique sine judic. l. 12. §. queri solet, ff. quod metus caus. l. 9. ff. l. 2. 3. & seq. C. ad L. Cornel. de Sicar. quod solito more, Juri naturali, etiam in his, non per omnia servit. l. Jus Civile 6. ff. de l. & l. Saxonico jure tamen, Wergeldum in defensione præstandum esse, testatur Berlichius libr. 4. conclus. pract. 12. n. 4. & seq. (d) Irrumpente huiusmodi mali imagine, ut & constantissimus terreri possit, l. 6. & 9. ff. quod met. caus. nam aliàs vani timoris nulla est excusatio: l. 5. & 6. ff. quod met. caus. l. 4. C. de his qui ad Eccles. confuger. (e) De quibus omnibus latè in thes. seq.

#### IV.

Causa vindictæ impulsiva remota, est jus, vindictam concedens (a), proxima est offensio (b), quâ vel publica (c) utilitas, vel corpus nostrum, illorumve, quos nobis naturæ necessitas, vel civile vinculum junxit (d), vel quâ nostra, nostrorumque fama, aut existimatio, læditur, aut offendi poterat (e), quibus offensionem, quæ circa res nostras versatur, jungimus (f).

a) Vid. thes. preced. l. c. per tot. (b) Hinc ergò cessante causâ, nimirum offensione, prout in thes. preced. illa depicta est, cessat quoque ipsa vindicta: Bald. in l. data operâ, n. 5. v. ex hoc sequitur. & l. 2. C. qui accusar. non poss. quæ alioquin ad offensionem moderatè exercetur, ne illâ sit gravior. arg. c. excommunicamus 13. §. credentes, Extr. de heret. c. latrones 4. X. de cleric. excommunicat. c. f. Extr. de excessib. prelator. (c) Publica siquidem privatis anteponenda esse, indubitati Juris est. (d) Fama inter fortunæ bona non minimum locum tenet, & id propter rebus dignior existimatur: Prov. 22. v. 1. Dd. ad l. 104. ff. de R. I. vitæ æquiparatur, & , ratione intentionis multorum, cum vita pari passu ambulat: l. 26. ff. si quis omissa caus.

rest.



test. l. 7. §. 1. l. 8. §. 2. ff. quod metus caus. l. 9. ff. de manumiss. vindict.  
 l. 4. C. de Malefic. & Mathemat. amissa verò, oculorum amissione  
 gravior censetur. c. non sunt audiendi 56. causa II. q. 3. hinc ergò, qui  
 famæ nostræ irreparabile damnum inferre conantur, ipsis homi-  
 cidis non sunt meliores: Grot. de Jur. Pac. ac Bell. lib. I. c. 2. n. 5. ita re-  
 pelluntur & repelli jubentur; nam qui, conscientiam fretus, famam  
 negligit, crudelis est. Sturtz. ad l. 104. ff. de R. I. (e) Nec minus de  
 existimatione sumus solliciti, honor quippe præmium virtutis est.  
 Philosoph. libr. 4. Ethicor. ad Nicomach. c. cupientes 3. de pœnis Cle-  
 mentin. & virtuosum esse negat, qui dextrum eius latus, nempe ho-  
 norem, tollit. (f) Bona, hominis gratia, comparata sunt: §. in  
 pecudum 37. Inst. de rer. divis. l. 28. in fin. ff. de usur. sæpissimè quo-  
 rundam fama & existimatio his conservatur: Nov. 90. c. 1. l. pietatis  
 6. C. de suspect. tutorib. qui, bonis destituti, tergum præbere coacti  
 fuissent. l. 9. ff. de incend. l. f. ff. de in jus vocand. l. 1. §. f. ff. de pœn. l. fin.  
 in fin. C. de modo mulctarum, quæ à judicib. inflig. l. 4. C. de serv. fug.

## V.

Hostes (a) in his primum locum tenent, & ab ho-  
 stibus, ubicunque locorum (b) deprehensi fuerint, omni  
 (c) Jure, licitè interficiuntur: nec melioris conditionis  
 sunt, in deditioem (d), nullâ fide (e) datâ, recepti. In-  
 nocentes (f) autem, foeminas, infantes, & arma non ge-  
 rentes, hâc pœnâ affici, jura non probant: Licet, sapien-  
 tissimo DEI consilio interdum foeminæ quoque in-  
 terfectæ fuerint (g), & Gentium jus id toleret (h).

a) Hostes hîc dicimus exteros, quibus populus Romanus  
 publicè bellum decrevit, l. 118. l. 234. ff. de V. S. l. hostes 24. ff. de captiv.  
 & postlim. revers. perduelles aliàs appellantur, eò quòd cum Rep.  
 bellum habentes sint: Gœddæus ad l. 118. n. 1. & seq. de V. S. Barbari  
 & peregrini: nam cum civilis discordia bellum non sit, sequitur  
 cum his saltem esse, qui sunt exteri. Obrecht. in tr. de principis belli,  
 thes. 206. Licet peregrini ab hostibus reverâ differant, & publicâ  
 securitate gaudeant, quatenus jure cum civibus Romanis com-  
 muni utantur. §. 2. Inst. de I. N. G. & C. l. 9. ff. de I. & I. arg. §. 1. & §.  
 Inst. l. 2. §. 1. l. 4. ff. de rer. divis. Abusivè tamen, defectores etiam  
 hostes dicuntur: l. amissione 5. §. 1. ff. de capit. minut. Gail. de P. P. lib.  
 2. c. l. n. 22. & generaliter omnes adversarii, quibuscum civilis dis-  
 cordia

cordia exercetur. *l. si quis ingenuum 21. §. 1. ff. de captiv. & postlim. rē vers.* (b) Publicus locus sit, sive privatus, vel religiosus, ob textum generaliter loquentem. *l. eiusdem. 3. ff. ad L. Cornel. de sicar.* pacato tamen alterius territorio excepto, quod eo modo turbare, non est permillum. (c) Divino. *Exod. 23. vers 31. 32. Deuter. 7. v. 2. 1. Sam. 14. v. 12. & 14. 1. Chron. 20. per tot. cum similib.* Canonico. *c. cum homo, 32. q. 5. Civili. l. 3. §. fin. ff. ad l. Cornel. de Sicar. junge th. 3. l. c.* (d) Qui, imminente periculo, simpliciter se dedunt, auffs Gnade vnd Btgnade. Nam qui, dubiâ belli aleâ, cum hostibus pacti sunt, hi potius in fide, quàm potestate hostium, erunt. *Besold. in tr. de jur. feud. c. 2. n. 8. & lib. 2. polit. c. 8. n. 43. in tr. de increment. imperior. c. fin. pr.* (e) Fide datâ, non erit permillum, conditiones, pactionesq; bellicas & hostiles, perfidiâ perturbare, partim, quòd jura aperte reclamant; *l. 1. ff. de constituta pec. l. 1. ff. de pactis. Jos. c. 9. per tot. partim, quòd cum hostibus etiam Juris gentium communitio sit, l. fin. ff. de legationib.* Tum quòd perfidia funestos soleat habere exitus, *Daniel Otho in Discurs. Jur. §. 6. c. 8. n. 7. p. 194.* alioquin tamen, dolo bono hostem vincere, non est prohibitum. *l. 1. §. 3. ff. de dol. mal. l. 26. ff. de capt. & postlim. revers. c. Dominus, 23. q. 2.* quod exemplo comprobavit Rex Jehu. *2. Reg. 10. v. 19. & 25.* qui, ut omnes Baalitanos Sacerdotes è medio tolleret, illos ad sacrificandum evocavit. (f) Innocentes siquidem, & illos, qui nihil admiserunt, penâ subiugandos esse, jura regulariter negant. *l. 2. §. pen. l. 6. ff. de decurionib. l. 22. C. de poen.* Sed potius, alieno vitio laborantes, misericordiâ dignos censent. *l. 6. C. de naturalib. liber. junct. c. innovamus, Extr. de treuga & pase.* (g) *Deuter. 20. v. 16. Psal. 136. v. 10.* videmus tamen interdum virgines intactas fuisse servatas, *Num. 31. v. 18. 35.* & ob pueros ac infantes, motum fuisse Jehovam. *Jona 4. vers. 11.* (h) Maiori licentiâ gentes usas fuisse, satis notum est. Captos enim, & servos effectos, quos in furore non interfecerunt, domi è medio tollendi jus fuit. *§. 1. Inst. & l. 1. ff. de his qui sunt sui vel al. jur.* Simili modo & fœminas, infantesve, gentium jure fuisse interemptos, exemplis probat *Grot. lib. 2. c. 4. n. 9.* Verùm cum latius pateant charitatis, quàm juris regulæ: *Grot. lib. 3. c. 13. n. 4.* nec honesta semper sint, quæ sunt licita: *l. non omne 144. ff. de R. I. rectè ab his, pudore vetante, Grot. d. l. 3. c. 10. n. 1.* saniores gentes abstinerunt. *1. ad Corinth. 6. v. 12.* hinc, eiectos & spoliatos sapiùs fuisse, refert *Besold. in tract. de arte jureq; belli c. 5. n. 8. & seq.*

VI. Quod

VI.

Quod de personis hostium dictum, de rebus eorum magis verum est: occupantibus enim conceduntur (a), nec ab his, in quorum dominio ante fuerunt, rectè vindicantur (b); quod non saltem de privatis ac publicis (c), sed & sacris religiosisque rebus, in actu privato occupatis, obtinet (d). Immò & vastationi hæ res hostibus expositæ sunt (e).

a) Vt mali in officio contineantur, milites autem spe prædæ alacriores reddantur, alius acquirendi domini modus inventus est, nempe occupatio, §. item ea 17. Inst. de rer. divis. l. 5. §. fin. & l. 51. ff. de A. R. D. jure Divino probatus. Num. 21. vers. 24. Deuter. c. 3. v. 7. c. 20. v. 14. Hoc modo, quicquid rerum mobilium, in excursionibus, capitur; modò id ad Reip. amplificationem principaliter non spectet, occupanti conceditur: d. §. item ea, Instit. de R. D. d. l. 5. in fin. & l. 51. ff. de A. R. D. Nam in his, quæ in publico conflictu capiuntur, aliud obtinet: l. Divus Commodus 31. ff. de jur. fisci. redigenda hæc in publicum sunt, ut, sint, quæ militibus, pro merito militiæ labore, distribui queant: l. 16. ff. de A. R. D. l. Lucius 11. ff. de evict. Bronch. cent. 3. evart. assert. 77. Cuiac. lib. 19. observ. c. 7. & lege Jul. peculatus tenetur, qui ex hisce sibi quicquam reservavit. l. pen. ff. ad L. Jul. peculat. Agri quoque, aliæque res immobiles occupatæ, Reip. cedunt, l. 20. §. 1. ff. de captiv. & postlim. revers. Merenda lib. 2. controv. Jur. Civ. c. 12. n. 1. & seq. nam vix aliter, quàm in publico conflictu, res immobiles capiuntur. (b) In rebus mobilibus, & se moventibus, jus postliminii locum non invenit; l. si quid in bello 28. ff. de capt. & postlim. revers. nisi contrarium specialiter inveniatur receptum, ut in servis: l. 19. §. 5. l. 28. ff. de capt. & postlim. revers. & rebus, quæ in bello usum habent: l. 2. & 4. ff. d. t. l. id quod apud hostes 9. ff. de legat. 1. l. item Labeo 22. §. fin. l. seq. ff. fam. herciscund. Grot. de jur. pac. & belli, lib. 3. c. 9. n. 4. Servatur tamen jus postliminii, in rebus immobilibus, utpote ædificiis, in litore maris positis. l. 14. ff. de A. R. D. l. 6. ff. de R. D. agris. l. 20. §. 1. ff. de captiv. & postlim. revers. usufructu, qui pars domini est. l. si ager 26. ff. quib. mod. usufruct. amittat: nec non his, quæ solo adhærent: ut sunt religiosæ & aliæ res. l. cum loca 36. ff. de relig. & sumpt. funer. (c) Res, quæ publica est hoc modo privata fit, quod fieri potest. §. idem juris, Inst. de inutilib. stipulat.

B

d) quod

lim. rē  
textum  
pacato  
non est  
Sam. 14.  
in homo,  
d) Qui,  
nd Vn  
t, hi po  
ur. feud.  
r. c. fin.  
ionesq;  
a apertè  
ot. par.  
l. fin. ff.  
exitus,  
en, do.  
ol. mal.  
templo  
Baalita.  
ocavit.  
pœnâ  
f. de de.  
miseri.  
vamus,  
demus  
18. 35.  
vers. 11.  
Captos  
domi è  
al. jur.  
terem-  
ateant  
ta sem-  
is, pu-  
runt. 1.  
fert Be-  
Quod



122  
d) Quod ita verum est, si res illa occupantibus planè sacra non sit, ob diversum DEI cultum ac religionem, desinet enim, quàm statim occupata fuerit, sacra & religiosa esse. l. 36. ff. de relig. & sumpt. fun. nec enim dedicatio, quæ rem facit sacram, aliter, quàm in usum offerentium, & eorum, qui eiusdem sunt religionis, facta censetur. Harp. ad §. sacra 8. Inst. de rer. divis. n. 22. Donell. lib. 4. commentarior. Jur. Civ. c. 1. l. c. ibidemq. Hilliger. Pet. Fab. 2. semest. 4. (e) Vt autem consilii est, in his omnibus temperatam admittere moderationem, & hac ipsa maximum hostibus desperationis telum eripere: Hug. Grot. d. l. 3. c. 12. n. 8. ita quàm maximè à vastationibus, si nulla Reipub. vel utilitas, vel necessitas, illas exigat, abstinebit miles: Sandius lib. 5. decision. Friscar. defn. 14.

VII.

Desertores, nec non Emansores (a), qui, immemores suæ devotionis, belli tempore, à signis absunt (b), revocantisque cuiuslibet privati (c), auctoritatem contemnunt (d), licitè è medio tolluntur (e).

a) Quis desertor dicatur, iudicis relinquitur arbitrio, longum siquidem tempus requiritur, quod, huius negotii intuitu, interdum quinquennium erit. l. desertorem 3. §. emansor 2. & seq. l. milites 13. §. fin. ff. de re militar. Emansores verò, qui citius reversus: l. aut facta 16. §. tempus 5. ff. de pæn. l. 3. §. si ad diem 7. & seq. ff. de re militar. aut reductus est. l. qui cum uno 4. §. edicta 13. ff. d. t. Cuiac. lib. 6. observ. c. 26. Althus. Dicaolog. jur. civ. lib. 1. c. 134. n. 8. & seq. ita autem distinguuntur, quod hic à iudice minori sit afficiendus pœnâ; ille graviore, ratione tamen vindictæ privatae, quæ in hisce ex contemptu potius, quam simplici delicto, oritur, nullam agnoscimus differentiam. (b) Parum refert, dum acies struitur ipsum ordinem deseruerint; an stationis & militiæ munus in castris: Quæ tamen iudex, in pœnis infligendis, ponderabit: Georg. Obrecht. in disp. de militar. disciplin. rubr. de delict. militarib. thes. 107. & seq. (c) Privatis autem jus revocandi concessum est, tum, quia eorum interest, ne militia deseratur & bellum, Reip. causâ susceptum, negligatur: privatis enim bene est, quoties Reip. bene consulitur; tum quia hoc crimen, subtrahendi se Reip. gravissimum censetur, adeò, ut abolitio eius negetur. l. fin. in fin. ibid. Pac. C. de abolit. nec morte, ad instar perduellionis criminis, finiatur; l. f. ff. ad l. Jul. Maiest. bona obid.

ob id filco inferantur: *l. defunctorum 4. C. de re militar. Obst. l. i. C. se  
reus vel accusator. & præmium detegentibus promittant leges; l. i.  
C. de desertorib. lib. 12. occultatoribus verò pœnam irrogent. d. l. i.  
C. de desert. (d) Nam si absque reluctatione sequantur, duci po-  
tius puniendi offeruntur, nec enim in hisce singulis conceditur,  
quod per Magistratus publicè expediri potest: *l. 10. ff. de Jurisdic.  
l. 10. ff. de testib. l. f. §. pen. C. ubi senator vel clariss. l. ille à quo 14. §. tem-  
pestivum 4. ff. ad Sctum Trebell. l. unic. C. ne quis in sua caus. judic.  
(e) Quod si non sequantur, in ipsis suæ temeritatis conatibus, tan-  
quam rebelles, opprimuntur. *l. 2. C. de desertorib. lib. 12. l. 2. C. quan-  
do unicuiq; lic. sine judic. Pet. Fab. lib. 2. semest. c. 2. p. 25.***

## IIX.

Transfugæ (*a*) publicam lædunt utilitatem (*b*),  
dum vel tempore belli malo consilio, & proditorio (*c*)  
animo, ad hostium castra fugam suscipiunt (*d*), vel per-  
ficiunt (*e*): vel pacis tempore deficiunt, ab his recepti,  
quos nulla nobis jungit amicitia (*f*), intuitu autem vin-  
dictæ privatæ (*g*) pro hostibus hi habentur.

*a*) Transfuga dicitur, quod transfugiat ad hostium castra,  
quare & perfuga appellatur: ab emanfore & desertore differt,  
quòd illis improbius sit. *Cuiac. lib. 6. observ. 26. in fin. (b) Tùm,*  
quia fuga non minùs; quàm deditio, vires exercitûs minuit; *O-  
brecht. d. l. de disciplina militari, th. 1049. Tùm,* quia hi meditan-  
tur, quomodo aliâ viâ Reip. obesse queant. (*c*) Per hoc explorato-  
res ab illis distinguuntur: nam & exploratores ad hostium castra  
transeunt, non animo proditorio; sed explorandi, eorum arcana,  
quibus Moyses, Josua, & alii, usi fuère. (*d*) Ex animi intentione,  
etiam quis profugus judicatur, idque adeò, licet captus ab hostibus  
fuerit, priusquam ad eorum castra pervenerit. *l. 5. §. 5. ff. de re mili-  
tar. quod tamen in illis, qui absque animo faciendi fugam capti  
sunt, non procedit. d. l. 5. §. 5. de re militar. (e) nec reversus, aut re-  
cuperatus, gaudet jure postliminii. l. 19. §. 4. ff. de captiv. & postlim.  
revers. (f) l. 19. §. 8. ff. de capt. & postlim. revers. (g) per l. 3. §. f. ad  
l. Cornel. de Sicar. Nam si pœnam, à Judice infligendam, spe-  
ctes, alia ille afficiet hostem, alia transfugam: mitiùs cum eo aget,  
qui effectus sceleris potitus non est; *l. 3. C. de serv. fugitiv. ibiq; Gotho-  
fred. quàm cum his, quorum intentioni respondit effectus. l. pro-  
ditores**

proditores 7. ff. de re militar. l. aut damnatum 8. §. hostes 2. ff. de pæn.  
ibidemq; Gothofred. l. si quis aliquid 38. §. 1. ff. eod. Obrecht. d. l.  
IX.

Prædones (a), qui spoliandis viatoribus dant ope-  
ram, latronesque per hoc ut plurimum efficiuntur (b);  
nec non famosi latrones (c) ipsi, qui interficiendis (d)  
hominibus, spoliis (e) seu lucri causâ, invigilant: Ut &  
piratæ (f), qui navigantium bona, & cum his non ra-  
rò vitam, eripiunt, nulla gaudent securitate, impunè in  
bonis (g) & vitâ (h) offenduntur.

a) Qui à quibusdam etiam grassatores dicuntur. l. 16. §. 10. ff.  
de pæn. idè quòd in viis publicis stent: Farinac. prax. crimin. part. 4.  
q. 166. n. 26. & seq. resistens vi bona auferant, & hinc rapinam  
committere dicantur. Ezech. 18. v. 7. 12. 16. Esa. 33. v. 1. Luc. 3. v. 14. l.  
88. ff. de furt. l. 1. l. 2. ff. vi bon. rapt. §. 1. & 2. Instit. eod. tit. Licet aliàs  
etiam prædo dicatur, qui non ex voluntate domini, malâ fide pos-  
sidet, cum nec possidendi causam habeat; l. 11. §. 1. l. 12. l. 13. ff. de  
pet. her. l. non solùm. 13. ff. de noxalib. act. nec precium numerave-  
rit. l. 126. de R. I. junct. l. 17. §. si quis sciens 8. ff. de petit. hered. (b) Non  
tanti res nostræ sunt faciendæ, ut, earum nomine, vita hominis in  
discrimen deducatur, sed quia eiusmodi homines, à radice omnis  
mali, avaritiâ, ad homicidia ut plurimum incitantur: quia quoq; de  
illorum animo non constat, eximios illos non habemus. (c) Qui  
nobis Mörder dicuntur. Prosp. Farinac. p. 7. oper. criminal. q. 165. n.  
11. & 13. & alii Dd. in l. capitalium §. grassatores. & §. famosos, ff. de pæn.  
Jus Sax. Landrecht / lib. 2. artic. 3. & gloss. in verbis: Die einen Mann.  
Famosos autem latrones, illos dicimus, qui, sæpius exercendo la-  
trocinium, aliis jam metum iniecerunt; minus propriè etiam is la-  
tro dicitur, qui furari jam consuevit. gloss. in Auth. sed novo jure, in  
verb. castigatio, C. de serv. fugitiv. Cardinal. Tusch. practicar. conclus.  
verb. latro, conclus. 54. n. 1. (d) Absque homicidio, latrocinium  
propriè non committitur. arg. l. 28. §. 15. in verbis: cognatis & affini-  
bus interemptorum, ff. de pæn. l. Divus, ff. ad L. Pomp. de parricid. l. itaq;  
ff. ad L. Falcid. l. si ut allegas, C. ad L. Cornel. de Sicar. c. cum homo, 23.  
quæst. 5. c. est iniusta, 23. q. 4. (e) cum latro is demùm sit, qui spe lu-  
cri, directò; vel per consequentiam, ad se perventuri, interficit:  
prout vox lucri accipitur, in l. actionum genera, §. actionum, ff. de O.

& A.

& A. l. si cum dotem 22. §. si pater. 3. ff. solut. matrimon. Licet, ex post facto, vel exiguum, vel planè nullum, lucrum consecutus fuerit, hoc ipso satis, à simplici homicidâ, distinguitur. (f) Quod in terra sunt latrones, id in mari piratæ, See-oder Meer-Räuber: publicam enim navigantium securitatem turbant. l. 3. §. 1. ff. nau. caup. stabular. l. 12. ff. commodati. l. 19. §. 2. ff. de captiv. & postlimin. revers. Althuf. dicaolog. jur. civil. lib. 1. c. 35. n. 23. (g) Auth. Navigia. C. de furt. (h) Dum tantùm de eo constet, quòd latrocinia & robbarias exercuerint. §. 2. Instit. ad L. Aquil. l. 4. C. ad L. Cornel. de Sicar. cap. 2. de homicid.

## X.

Banniti (a), qui, ob grave aliquod delictum (b), ab Imperatore, vel Camerâ (c) proscripti (d) sunt, his jure novissimo (e), non solum denegantur omnia humanitatis officia (f); sed & iidem impunè in vita (g), & rebus, offenduntur (h).

a) Barbaræ huius vocis verum etymon ignoratur, cuius scrupulosam investigationem pertinacibus relinquit Gail. lib. 2. de P. P. c. 1. n. 15. arg. l. 2. §. 1. vers. sed ut, C. de constit. pecun. Germanis tamen non malè deducitur, à voce Baahn / quæ viam; Vandalis, à voce, Banner / quæ vexillum denotat. Nec malè cum his convenit, quòd Banniti (in die Acht erkläret / sive Aechter / dicantur, eò quòd ἐχθρὸς, Græcis hostem significet: Bannitos siquidem non solum pellimus è viis nostris) auß der Baahn / sed etiam prosequimur, quemadmodum hostes sub vexillo. (b) Irrogatur quidem Bannum, secundum Jus Camerale prius; de posteriori tamen secus est. Rec. Imp. de anno 1654. §. Würde hierauff. etiam ob delicta leviora; Non autem sortitur effectum banni, ob grave delictum irrogati; Nam illos à privatis, impunè offendi non posse, arbitror, ex §. 3. tit. 43. Ordinat. Cameral. part. 3. Tùm, quòd huiusmodi Bannum, cum per sententiam interlocutoriam inferatur, potius multa sit, quam pœna, nec talem executionem admittat. Cardinal. Tusc. in voc. Bannum, conclus. 7. & 8. Tùm, quòd contumacia non sit vera, sed tantùm præsumpta alicuius delicti probatio, arg. l. si ideo 55. ff. de Evict. In criminalibus autem probationes, luce meridiana clariores, exigantur. Tùm, quòd contumacia facilè purgetur, & missio in bona, interea tantùm facta censeatur; cum tamen

B 3

à ban-

232  
à banno, ob delictum irrogato, non tam facile quis absolvatur. *Ordin. Cam. p. 2. tit. 18. §. So auch. & p. 3. tit. 46. §. Wo auch. (c) Ordin. Cam. p. 2. c. 9. §. So iemands. per verba: Durch die Kaiserliche Maiestat / vns als Römischen König / oder das Kaiserliche Cammergerichte: Quod Bannum universale appellamus: De speciali banno, in quod conicere solent Principes inferiores, Civitates Imperii liberae &c. quodque bannitis jura territorialia per omnia auferit, vitam & bona eorum, intra territorii septa, omnibus & singulis exponit, per regulam: Quod jure territoriali, salvo superioris jure, id possit quilibet inferior, in suo territorio, quod potest Imperator in Imperio; late non agimus; sed remittimus illos, qui plura desiderant, ad Carpzov, Farinac. & alios (d) Proscriptorum vox lata est, Spigel. in *Lex. jurid. verb. proscribere*; proprie tamen proscripti appellantur, quorum nomina publice, ut à quovis legi queant, scribuntur. *l. 11. §. proscribere palam 3. ff. de instit. act.* Sic olim, qui reiecti fuerunt à civili conversatione, eorum nomina scripta, & pro rostris publice posita fuerunt. Fortunius Garcia in *l. ut vim, ff. de Iust. & jur. n. 24.* (e) Nam, licet in jure veteri, mentio Bannitorum fiat; *Auth. Nulla. Auth. Quaecunq. C. de Episc. & Cleric. Auth. Gazaros. C. de Heret. & Manichais. & Jur. Feudor. tit. Hic finitur Lex. c. 1. &c.* nullo tamen modo id, quod hoc tempore, in bannitos privatis permittum est, & eo seculo concessum fuit: Partim, quod nullibi id expressum inveniamus; partim, quod bannum successerit in locum deportationis; (licet à deportatione, reverà differat: Bald. in *l. 1. n. 4. C. de hered. instit.*) Georg. Schultz. ad *§. Instit. quib. mod. jus patr. pot. solv.* De deportatione autem non constat, privatis unquam fuisse in deportatos, jus vitæ ac necis concessum. Interpp. ad *§. 2. Instit. de cap. minut.* (f) Tecto enim bannitos scienter recipere, sub pœna banni prohibitum est. *Rec. Imp. anno 1548. tit. Friedbrecher / vnd solche Thäter / nicht zu hausen / vnd von derselben Verlegung. Gail. lib. 2. de P. P. c. 20. per tot.* (g) *Ord. Cam. p. 2. tit. 9. §. 2. per verba: Solche. & seq. Rec. Imp. de anno 1559. §. Damit dann hinfuro. de anno 1556. §. auff den Fall re.* potestas autem conceditur privatis, interficiendi bannitum, aded, ut nec bannito defensio competat; nisi quis, privato odio adductus, eum lædere velit. Cagnol. in *l. ut vim, ff. de Iust. & Jur. n. 6. Farinac. d. loc. crimin. q. 125. n. 118.* Nulla tamen, de interficiendo, necessitas illis imponitur, & hinc, pactum, de bannito non interficiendo, licitum esse, notat Cagnol.*



Cagnol. in l. conventionum, ff. de pact. n. 12. & seq. arg. l. sapè audiui 8. ff. de offic. prasid. l. non quicquid 40. ff. de judic. (b) Nec enim naturali æquitati contrarium est, eum, quem interficere absque pœna poteras, spoliare bonis. d. Cagnol. ad l. conventionum, de pact. Accedunt his constitutiones, l. precedente enarratæ.

## XI.

Inter bannitos quidam, ob delicta atrocia, actu permanentia, ipso facto in banno sunt, & pœna banni tenentur, nullâ accedente declaratoriâ sententiâ. Quales sunt: pacis publicæ violatores (a), qui tranquillitatem publicam dolosè, vi maiore & armatâ manu (b), quoad religionem (c), & profana, pessum datum eunt: Agrorum depopulatores (d), qui, absque certo duce, vicatim vagantur ac grassantur, agrosque violatione, actu permanente, depopulantur (e). Cingari (f), qui sæpè sunt comperti exploratores ac proditores regionum, ad Christianos pertinentium (g); nisi moniti, à finibus recedant (h). Reprobi & falsi Monetarii, qui perverso & protervo animo (i), adulterinam monetam cudunt (k), ac per id, Principem, eiusque maiestatem lædunt (l).

a) In his, ut bannum, absque sententiâ declaratoria, statim consequatur effectum, immutata est Ordin. Cameræ p. 2. t. 9. §. 2. ibi: Solche Verbrechen kündlich vnd offenbat/ per Recept. Imperii de anno 1559. §. Damit dann hinsuro im Heil. Reiche. per verba: auch ipso facto, vnd ohne einige fernere Erklärung/ iezo alsdann/ vnd dann als iezo etc. (b) Nam quod hæc fractæ pacis requisita sint, ex dict. Ordin. Camer. Recept. Imper. per verba, mit gewaltiger That freventlich eintnehmen etc. colligere licet: Gail. lib. 1. de P. P. c. 7. n. 1. & seq. Hinc ergo non omnis vis publica, fracta pax publica est: ut, ex casib. sub t. de vi pub. ff. & C. extantibus, colligunt Carpzov. pract. concl. p. 1. c. 35. n. 13. & seq. Frider. de processib. c. 23. n. 1. Gilhaus. in arb. judic. criminal. c. 2. t. 9. n. 3. & seq. (c) Religio, quæ fulcrum & fundamentum Christianæ Reip. reverâ dicitur; Reink. in reg. Eccles. lib. 3. cl. 1. c. 21. n. 15. spirituale bonum est, nec armis defenditur, ritus tamen, & liberum exercitium, adversus offendentes, rectè etiam armis tuemur, Macchab. 1. v. 34. & seq. Rec. Imperii de anno 1532. §. Vnd damit solcher.

solcher. *in verbis*: zu Beschirmung vnser Christlichen Glaubens/anno 1524. §. als auch viel gedachte. Schœnb. lib. 4. polit. cap. 6. Besold. tract. de educat. stud: liter. Peregrinat. Curâ religionis, c. 10. Gail. lib. 1. observ. 2. Dan. Otho. de Iur. pub. c. 24. Gilhaus. arbor. Iudic. Civil. c. 1. ram. 1. de Mandat. §. 8. f. 147. (d) Herrenlose Knechte vnd Landläufer/ Kottirer/ Gärdenierer etc. Rec. Imper. de P. P. anno 1548. tit. von Herrenlosen Knechten. Ordin. Camer. p. 2. t. 15. t. 20. §. Item, nach dem auch sonderlich/ Rec. Imp. anno 1555. §. Als sich dann auch zu vielmalen. *cum seq.* (e) Milites sint, siue pagani, prætextu tamen militiae rusticos, exsugunt, & ab his stipendium victumque colligunt, quorum grassandi cupiditatem jam olim quidem restrinxerunt Imperatores Gratianus, Valentinianus, Theodosius ac Honorius, l. Tribuni 11. junct. l. nemo 13. §. f. C. de re militar. lib. 12. alia tamen his præstituta est poena, *in recess.* Imperii promulg. de anno 1559. §. damit dann hinfuro etc. (f) aliàs dicuntur Saraceni, Agareni, Zigareni Ziegeuner / quasi dicas, zieg oder ziehe einher / vagantes, vagabundi, Wehner. *in observ. pract.* 13. verbo Ziegeuner. Esse enim quandam coluuiem otiosorum hominum, ex variis nationibus, squalida deformique specie & habitu incedentem, & circa annum 1437. in Germania primùm conspectam, testatur Crantz. lib. 11. Chron. Saxon. c. 2. hi circumvagantur, manus superstitiosorum hominum inspicunt, futura nunciant, & id propter ab illis Wahrsager dicuntur; ast, effectu inspecto, cum sæpius, unicâ casu prolata veritate, mille vendant mendacia, rectiùs Lügenfager appellarentur. (g) Camer. *in meditat. histor. lib. 1. Meditat.* 17. & lib. 2. Meditat 75. (h) prævia monitione, in eos animadvertitur. Rec. Imp. de anno 1551. §. nach dem vns angezeigt. & §. seq. Ordin. Polit. Francofurt. 1576. tit. von Ziegeunern/ *in verbis*, daß sie hinfuro dieselbe Ziegeuner etc. quæ constitutio æquissima est, eò quòd, per superiùs tradita, & verba Rec. Imp. (Daß sie der Christen Lande/ dem Türcken vnd andern Christen Feinden verkundschaftet) sæpius sint comperti proditores. Et quòd otiosi homines, in benè constituta Rep. non sint tolerandi: Nov. 133. c. 6. *ibidemq.* Dd. Schœnb. lib. 3. polit. c. 14. (i) Animum perversum hoc crimen augere, constat ex verbis Const. crim. Carol. V. art. III. mit Gefährlichkeit bößhaftiglich/ dem Nächsten zum Nachtheil. Sic enim in reliquis criminibus (exceptis iis, quæ nonnunquam absque animo ex culpa, desidiâ aut negligentia committuntur: t. t. Instit. ff. & C. ad L. Aquii.) animus, maleficia distinguens, l. perspicendum 11.

§. 2. ff. de pœn. l. 1. ff. de extraordin. crimin. gloss. in l. 1. C. si advers. delict. vel aggravans, attenditur: l. 53. pr. ff. de furt. Et cum huiusmodi dolus animus, vix in minoribus inveniatur, illisque in pœnis, ut plurimum subveniendum sit, l. ferè in omnibus 108. ibidemq; Interp. ff. de Reg. jur. negamus quoque, in minoribus allegandas constitutiones, indistinctè obtinere. (k) Quod faciunt vel hi, quibus jus cudendi non competit; & tamen variis modis, contra dictas constitutiones, committunt: Benedict. Carpzov. prax. criminal. pag. 1. q. 422. n. 18. & seq. vel illi, qui jus faciendi monetam habent; vi-liorem tamen, & constitutionibus minimè conformem, cudunt. Rec. Imp. de anno 1566. §. In weiterer Verahschlagung. per verba: Geringschätzigere Thaler etc. (l) Principis interest, non adulterari monetam: partim, quòd ipse princeps ex ea cognoscatur, juxta illud Philippi, Hassiæ Landgravii: Man solle einen Fürsten erkennen/ bey reiner Strasse / guter Münze / vnd Haltung beschehener Zusage. Waremund. ab Ehrenberg. de Regni subsid. & oner. subdit. c. 5. n. 37. partim, quòd is Maiestatis crimen committere dicatur, qui, adversus statuas imaginesque Principis, dolo malo quicquam commisit: l. 6. l. 7. in fin. ff. ad L. Jul. Maiest. Principis autem effigies, numis ut plurimum imprimatur. Gravissimum siquidem facinus est, nummorum corruptela, Wilhelm. Anton. Freudenberg. de Rescript. Morator. conclus. 9. n. 9. & seq. è quo status Reip. futurus dignosci queat. Wie das Geld; So ist auch die Welt. Besold. in tr. de jur. Maiest. p. m. 201. n. 7.

*Discitur ex nummis, quàm se malè tempora mutant,  
Omnia quàm in peius deteriora ruant.*

*Bei der Münze soll man lehren/  
Wie sich die Welt thu verkehren.*

Freudenberg. de Rescript. Morator. d. l. Hinc etiam invenimus, non tantum varias monetæ adulteratoribus esse pœnas constitutas; Bocer. in tr. de jur. monet. c. 4. n. 4. Besold. antè citat. loc. p. 200. n. 5. Const. crimin. Carol. V. artic. III. & c. Sed & privatis, in hos, jus constitutum est. Recept. Imp. anno 1566. §. Auff den Fall/ daß/ ungeachtet / per verba: Daß der / oder die / nebenst denen hievor in Münzordnungen Benannten/ Poensfällen/ in vnser vnd des Reichs Acht/ ipso facto, gefallen seyn sollen: Als wir dann/ in diesen / auch ohne fernerer Erklärung/ icko alsdamm/ vnd dann als icko/ in die Acht thun etc.

C

XII. Qui-



Quidam verò, licet ipso facto in banno sint; poenâ tamen banni non tenentur, nisi præviâ sententiâ declaratoriâ. Ut Diffidantes, qui, absque permisso summi Imperatoris (a), licet Principes inferiores sint (b), bellum, extremasque inimicitias, alicui denunciant (c), quatenus in terminis diffidationis subsistunt (d). Literarum diffidatoriarum scriptores (e), Milites diffidantium, ad mandatum superioris, à militia non recedentes (f); Hi, qui ipsos diffidatores, eorumque complices, receperunt (g), nec non, (prout in Italia obtinere, Dd. statuunt) Assassini (h), qui aliquem interficiendum mandant (i), de interficiendo mandatum recipiunt; aut ob pecuniam, aliamve quamcunque rem, aut ad consequendum favorem alterius, interficiunt (k); si credimus, quod, de autoritate, dicit Everhard, à Midlenburg. *in locc. topp. legalib. loc. ab autoritate.*

a) Ut bellum, legitimum dici mereatur, summi Principis applausus requiritur: *l. 24. ff. de capt. & postlimin. revers. utpote in quem L. Regia omnis potestas translata est: §. sed quod Principi placuit. 6. Instit. de Jur. Natur. Gent. & Civil. reliquæ offensiones, potius illicita vindicta; quam legitimum bellum censentur: d. l. 24. de captiv. & postlimin. revers. l. Neminem, C. de re militar. lib. XII. l. unic. C. de armor. usu, inscio Principe, interdicto. (b) Germaniæ Principibus, ex antiquissimo libertatis prætenso, militem conscribere, & bella gerere, licet. Warem. ab Ehrenb. lib. 1. c. 2. n. 56. non tamen in Imperio Romano; nisi necessitate imminente, ad suam, aliorumve defensionem: ita tamen, ut, si moram adhuc res admittat, Duci circulari id prius intimetur: R. I. de anno 1521. tit. Poen aller Friedenbrecher. juncto Recept. de anno 1566 §. den vers. wiewol auch. (c) Wann einer dem andern absaget / Feindschafft zuschreibet / oder Brandzeichen stecket: his enim casibus, modò res moram admittat, privato non est permillum, se vindicare; sed Mandata extrahuntur, de non-offendendo: Ordin. Cam. p. 2. tit. 9. §. Und ob sich. cum seq. Interea autem, diffidatores in banno esse, constat, ex Reg. Imp. de anno 1521.*

tit. Aufhebung aller Fehden. & tit. seq. Die Poen aller Friedbrecher/  
 per verba: wider eins oder mehr / so vorgemeidt / im nächsten Articul  
 gesetzet ist / handelen oder zu handelen vnter stehen würde etc. Ibidemq;  
 diffidatores; licet improprie, pacis publicæ violatores dicuntur. Et  
 licet ante tempus A. B. diffidationes in usu fuerint, Goldast. tom. 1.  
 Const. Imper. f. 80. & seq. tom. 3. f. 367. Frollard, lib. 1. c. 33. A. B. c. 17.  
 & post eam R. I. anno 1442. tit. Daß niemand den andern Befehde.  
 illæque demùm diffidationes fuerint probatæ, quæ triduum actum  
 præcesserunt: hodiè tamen omnis planè diffidatio sublata est: d. Rec.  
 Imp. anno 1521. & 1548. tit. Aufhebung aller Fehde etc. (d) Nam si  
 vel nulla mandata expectent, vel neglectis mandatis, ad arma pro-  
 cedant: quin illa obtineant, quæ in thes. præcedent. dicta sunt, nul-  
 lum est dubium: (e) Ordin. Camer. p. 2. t. 9. §. wo aber der / oder die etc.  
 Receß. Imper. anno 1594. §. Dergleichen vnd dieweil. (f) Mandata,  
 quæ pro hoc casu extrahuntur, ut supra dictum, etiam militibus in-  
 sinuantur, qui nisi statim à militia recesserint, non amplius pro mi-  
 litibus, sed pro bannitis habentur; Nam nec inofficiosa obedien-  
 tia, quòd mandato Ducis obtemperaverint; nec iuramentum, in  
 re illicita præstitum, illos excusare poterit: Gail. lib. 1. de P. P. c. 4.  
 n. 1. & 2. n. 12. & seq. arg. l. f. C. de non num. pecun. l. sed & si possessori II.  
 §. si iuravero 2. ff. de iure iurand. c. cum contingat, de iure iur. c. quanto  
 18. eod. c. inter cetera 22. q. 4. Id enim regulariter ita procedit, quan-  
 do actus iuramento confirmatus, idèò invalidus est, quòd contra  
 bonos mores sit, non idèò, quòd contra jurantis privilegium: Gail.  
 lib. 2. observat. 147. n. 3. & seq. (g) Receß. Imper. de anno 1548. rubr.  
 von Friedbrechern / vnd solche Thäter nicht zu hausen. §. vnd nach dem  
 sich. §. welche Obrißzeit. anno 1555. §. solches alles abzustellen. (h) Af-  
 fassinus quoque diffidatus est: Farinac. d. loc. quæst. 103. n. 11. & seq.  
 & quæst. 123. n. 4. & seq. Faber. in C. ad L. Cornel. de Sicar. definit. 8. n. 1.  
 Jul. Clar. in pract. Criminal. q. 36. n. 30. & seq. Cardinal Tusc. in verbo,  
 Assassinum. conclus. 531. n. 36. & seq. quoad vitam; Corrad. in pract.  
 rubric. de assassin. n. 3. Gabriel. lib. 7. conclus. n. 31. Paulus Merenda.  
 consil. criminal. divers. 88. n. 3. & bona. Hostiens. ad c. 1. de homicid. in  
 6. vers. omnium bonorum n. 13. Decian. in tr. criminal. lib. 9. c. 30. n. 42.  
 (i) Rerum turpium mandatum, non est obligatorium, ut inter  
 mandantem & mandatarium nascatur actio, §. 7. Inst. Mandati. l. 6.  
 §. rei turpis, l. 22. §. qui eadem 6. ff. Mandati: Huiusmodi enim manda-  
 ta exequentes, pœnâ potiùs; quàm auxilio digni videntur. §. Non so-

222  
l. 11. *Inst. de iniur. l. Non solum 11. l. 15. §. fecisse, ff. eod.* ita, ut mandatarium, quatenus executus est mandatum, simili cum mandante afficiatur poena: *l. non ideo minus 5. C. ibiq. gloss. de accusat.* nisi mandatarium parere, necesse habeat: *l. 20. ff. de V. O. l. 157. l. 169. ff. de R. I.* & hinc est, cur *c. 1. de homicid. in 6.* de mandante loquens, etiam ex communi Dd. sententia, de mandatario sit accipiendum. (k) ut lucrum recipiatur, promittatur, vel speretur, requirimus ad assassinium, quod alioquin à simplici mandato, gratuito perficiendo, non distaret: *Farinac. dict. quest. 123. n. 39. & ibi allegat.*

XIII.

Defensionem (a) proprii corporis, omnia Jura, omnes leges permittunt, immò iniungunt (b); Ad eò, ut nec innocentia eius, sine cuius cæde defendere nos haut possumus (c), hoc jus minuat, nec vim iniuste inferentis Maestas vel autoritas (d), immò nec illos quidem eximios habemus, qui absque nocendi animo, vim inferunt, vel inferre nituntur (e): quorum in numero sunt furiosi (f), dormientes, noctambulones (g), profundè ebrii (h), animalia bruta (i): Nam adversus hos omnes, indistinctè ubicunque locorum (k), etiam cum interneccione offendentis, suscipitur defensio (l).

a) Vindictæ & ultionis vocabula, ita lata sunt, ut defensionis vocem nonnunquam in se contineant. *Farinac. d. loc. quest. 125. n. 384. per Bart. Seyssel. & alios.* & contra; nam & is defendere dicitur, qui actum impugnat *Bald. in l. 1. C. de Testam.* Hinc sæpiùs inter se vocabula hæc confunduntur, sæpiùs difficulter à se invicem distinguuntur, quod in geminata percussione contingit, ubi non raro hæsitamus, secundum ictum, defensionem; an offensionem, dicere debeamus? idem & in illo procedit, qui quidem usus est moderamine, sed non inculpatæ tutelæ. (b) Nam si iniuste se interfici permittat; cum tamen resistere possit, poena dignus est: *Berlich. 4. conclus. practicar. 12. n. 13. Gail. lib. 2. observ. 110. n. 9. Carpz. d. l. n. 9. n. 12.* partim, quod membrorum suorum nemo Dominus sit, *per l. liber homo 13. pr. ff. ad L. Aquil.* partim etiam, quod Divinum præceptum: **NON OCCIDES**, de quavis injusta interneccione, sit accipiendum: **Injustam autem interneccionem esse, si quis seipsum interficiat, vel** quod

quod idem censemus, ab alio se interfici permittat: Hinc ergo peccat adversus Deum, qui contra eius voluntatem, à statione, in quam collocatus est, decedit, adversus Rempub. cui sine necessitate se subtrahit; in proximum, cuius malitiam, suâ inofficiosâ patientiâ auget; Carpzov. *d.d. n. 11.* in seipsum, cum animam deducat in periculum, famam ac corpus iniuriæ exponat, quam tamen repellere potuisset. Inducimur itaque hisce, ut, cum Berlichio *dict. conclus. n. 8.* statuamus, in foro conscientiæ, tutum esse, qui jure Divino jubente facit: Farinac. *d. loc. quæst. 125. n. 20. utcunque dissentiat. gloss. ad l. 3. de I. & I.* (c) Cum cuilibet enti creato insitus sit naturaliter instinctus, ut tendat ad conservationem sui, & repulsionem oppositi Farinac. *d. l. 9. 125. n. 10.* lege naturæ quoq; censebitur permittit esse, quicquid ad sui conservationem tendit, licet, si legem dilectionis & Evangelicam respiciamus, utpote, quæ alterum nobis æquat, cum grano salis hæc accipienda sint: Grot. *de I. P. ac Belli lib. 2. c. 1. n. 4.* (d) Quapropter, si Imperator, Papa vel alius quilibet Princeps contra omne jus & iniquè vim inferant; offensus autem nullo modo fugere possit, defensionem permittunt jura. *arg. l. 3. de I. & I. Cardinal. Tusc. d. loc. Defensio licita, adversus omnes, conclus. 131. n. 3. & 4.* Farinac. *prax. criminal. p. 4 tit. 14. quæst. 125. n. 3. & 4.* Berlich. *d. loc. n. 29.* Nam semper prævenire justæ est defensionis, ubi cunctatio periculosa est. Cagnolus *per Marcum Salomonium, ad l. ut vim n. 3. de I. & I.* Sic & Vasallus adversus Dominum Feudæ, cui aliàs reverentiam debet, rectè se defendit, & legitimè fecisse censendus est, quicquid ob sui corporis tutelam fecit: *l. ut vim de I. & I. l. 1. C. unde vi. l. 4. ff. ad L. Aquil. junct. l. qui cum maior. 14. §. si libertus 6. ff. de bon. libert. l. 1. C. de bon. eor. qui ante sentent. sibi mortem:* qui textus rectè de Vasallo accipiuntur, cum, quoad hunc casum, jure feudali, nihil inveniatur dispositum, & sic jure communi in hoc utatur: *c. 1. 2. Feud. Sonsbec. in tract. de feud. p. 12. n. 40. Zaf. eod. tract. p. 10. n. 102.* Ita ut ob huiusmodi, defensionem feudo privari nequeat. Eo modo subditi magistratibus resistunt: *arg. l. 3. §. 1. & l. fin. in fin. quod merus caus. l. 5. §. 3. si magister, & l. 29. §. magistratus 7. ff. ad L. Aquil. l. nec magistratibus 32. ff. de iniur. l. prohibitum, l. defensionis, C. de jure fisci.* nec in hoc naturæ ordinem contemnunt, *l. 1. ff. de I. & I.* nec enim his, ut Magistratui; sed tanquam privatis, resistimus, dummodò violent, publicam securitatem, cuius ipsi custodes existere debebant. *l. factum 170. l. Non videntur. §. 1. ibid. Dd. ff. de R. I. Idem de*

112  
judice, extrajudicialiter illegitimū actum exercente, & si in actibus eius judicialibus, iniustitia adeò sit notoria, ut omnem facitè, pro iudice facientem, præsumtionem excludat, statuo: l. 2. C. de offic. iudic. l. fin. C. ad L. Jul. repetundar. l. 21. C. de Appellat. l. 33. C. de decurionib. lib. 10. junct. l. 5. ff. de iudic. l. 37. pr. ff. ad municipal. de incol. damnnum autem iudicis iniustitiā nobis inferendum, aliā viā commodè resarciri nequeat: l. 2. C. quando provoc. non est necess. junct. l. fin. ff. de iurisdic. l. 20. de R. I. l. 53. C. de decurionib. lib. 10. c. ea que sunt, de Regul. Jur. in 6. Parum autem interest, an Iudex per se, an per appa- ritores, iniustè agat. Nam & illi, si, dum iudicis incompetentiā no- toria est. l. fin. C. de sportul. & sumpt. in divers. jud. (secus esset si sit du- bia: l. 2. ff. si quis in jus vocatus non ierit. sufficere enim, in his, capto debet, quòd iudex executionem, perperam factam rescindere, Fab. ad Tit. C. quando lic. unicuiq; def. 1. vel quòd ipse captus jure experiri possit: l. ab execut. 5. C. quor. appellat. non recipitur. l. 167. ff. de Reg. Jur.) adeò ut probatione non egeat, executionem perficiunt, rectè repelluntur: arg. l. 33. §. præterea nullus, C. de Episcop. & Cleric. l. 1. in fin. l. 2. ff. Ne quis eum, qui in jus vocatus: Quemadmodum & in hoc casu, si vel terminos mandati muneris, in exequendo non cu- stodiant, vel planè absq; mandato, executionem suscipiant: l. 5. C. de Jur. Fisci, lib. X. ibid. Dd. Et ut in genere dixerim, nulla est reveren- tia tanta, ut justam defensionem amputare, vel tollere valeat, quare eam servo, adversus dominū intuitu: §. 1. Instit. de his, qui sunt sui vel al. Jur. non negamus. l. un. C. de emendat. servor. nec filio, adversus patrem, cuius potestas in pietate; non atrocitate, consistit. l. Divus, Hadrian. ff. ad L. Pomp. de parricid. præprimis, si adeò sint inhumani, aut ferrei, ut nec precibus, nec lachrymis subiectorum, emolli- ri queant; his autem certum sit, mortem esse subeundam, aut cum cæde vim inferentis evitādā, hoc casu rectè faciunt, qui ordinatā utuntur charitate, & se prius diligunt, nec enim indistinctè; sed in terminis, paterna cædes prohibita est, cum nonnunquam filius, pa- trem interficiens, præmio afficiatur: l. 35. ff. de relig. & sumtib. fun. minus dubii res habet, an discipulo, adversus præceptorem? l. 5. §. fin. l. 6. ff. ad L. Aquil. l. 17. §. 1. ff. de usufruct. l. 13. §. 7. in fin. ff. locati. l. 16. §. 2. de pæn. uxori, adversus maritum, justa defensio sit permis- sa? Lucas de Penna in l. quicumq;, collat. 3. C. de re militar. lib. 12. Ay- rer in tr. de homicid. necessar. part. 1. n. 17. (e) Non etenim tam specta- mus iniustitiam, aut peccatum alterius; quàm proprii corporis tu- telam



telam, quod rectè etiam contra animalia bruta, sensu ac iniuriandi animo carentia præservamus, ac tuemur Gröt. lib. 2. de Jur. pac. ac Bell. c. 1. n. 3. post Bartol. ad l. ut vim ff. de Iust. & Iur. (f) arg. l. 3. ff. de Iust. & Iur. l. scientiam 45. §. qui cum aliter, ff. ad L. Aquil. l. 1. §. idem Divus, ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. si ex plagis §. tabernarius, ff. ad l. Aquil. l. 1. §. vim vi, ff. de vi & vi armat. Hyppolyt. de Marfil. in l. 1. n. 49. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Georg. Obrecht. in tract. de necessar. defens. c. 6. n. 56. (g) furioso etenim & amenti, dormientes æquiparantur: c. maiores 3. §. sed adhuc, §. item queritur. de Baptism. l. 1. §. adipiscimur, ff. de R. D. Gilhaus. in arbor. judiciar. criminal. c. 2. tit. 34. de iniur. n. II. & seq. Paul. Zachia. in quest. Medic. Legalibus, lib. 2. tit. 1. quest. 12. & 13. (h) Non idè, ac si fortè hi quicquam intelligant, cum ipsa ebrietas jam animum perverterit; Ephes. 5. v. 18. 1. Timoth. 3. v. 8. adè ut ab his ex proposito nihil fieri queat. c. sanè, c. inebriaverunt. Loth. 15. q. 1. l. perspicendum, §. delinquitur, ff. de pæn. l. illud relatam 3. §. 1. ff. de iniur. Sed ut insultatus, à vi & iniuriâ tutus: esse queat. alleg. Zach. lib. 2. quest. Medico-legalium, tit. 1. quest. II. (i) per rat. l. c. th. 3. allegat. (k) Sive mari sive terrâ, sive equester, sive pedester, fuerit, Farinac. dict. quest. 125. n. 3. Nam si nefas est, hominem homini insidiari, fas erit insidianti homini ubicunque resistere, (à natura contrariorum: cum regulariter illud sit licitum; cuius contrarium est illicitum) Hinc ergò & in Ecclesia, Jacob. Ayren. in process. historic. part. 1. c. 1. observ. 3. n. II. aliisve piis locis, defensionem permittimus: Everhard à Midlemb. in loc. ab Eccles. ad pia loca, & loc. à simil. per tot. Adè, ut & personis Ecclesiasticis, sacrum facientibus, defensionem, in Ecclesia susceptam, non negent. Gail. libr. 2. observ. 110. n. 12. & lib. 1. de P. P. c. 16. n. 9. & post eum, Berlich. conclus. practicar. d. loc. n. 15. (l) Si aliter periculum effugere nequeat. per dict. l. 1. §. 47. ff. de vi & vi armat. Jura autem, probatâ insultatione, pro defensione semper præsumunt. Dd. ad. l. 15. qui aggressorem 2. C. ad L. Cornel. de Sicar. c. 1. §. si quis hominem, de pac. tenend. Menoch. lib. 1. præf. jur. quest. 14. n. 57.

## XIV.

Propter obedientiam, superioribus debitam, privatam hanc vindictam, non volentes tantum, sed invitati & coacti, suscipimus (a), quòd ergò Principem subditus (b), Dominum vasallus (c), miles Ducem (d), ser-

vius

232  
vus Dominum, etiam cum vitæ periculo; cogantur defendere, omni dubio caret.

a) Quantis nominibus obedientia nobis recommendentur, patescit ex c. ult. distinct. 89. c. 1. dist. 93. c. pios 15. quest. 6. c. quod contra 2. q. 8. c. justum est 2. distinct. 9. Immo iniungitur, sub comminatione gravi, si quis non obedierit, morte morietur. c. 2. de maior. & obed. quod eatenus verum, ut nec præscriptio, contra obedientiam, his, qui eam debent, competat: c. cum 12. Extr. de præscript. nec vitæ periculum, etiam dubio pugne eventu, subeundum detrectare, quis jure queat. (b) Hi siquidem Magistratibus ac superioribus reverentiam debent, c. debent, in pr. de offic. ordin. extravag. ac obsequium. Reinking. reg. secular. lib. 1. cl. 1. c. 5. n. 38. & seq. Quapropter subditi Magistratibus non solum tenentur castra aperire; sed & si ab his ad bellum evocentur, sequi compelluntur. Limnæus de Jur. publ. lib. 4. c. 8. n. 244. 245. quod dicitur jus sequelæ & c. Folge. Wehner. in observat. pract. verb. Folge/Folge-Reisen-Dienst. ubi plures sequelarum species adducit, inter eas autem, hanc insignem esse statuit, quâ subditi, Principi compelluntur suppetias ferre. (c) Vasallus interdum subdito æquiparatur; interdum liberto: Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de process. c. 32. n. 1. vers. 2. Idque partim ob fidelitatem, & servitia, Domino præstanda; partim ratione fori, quod coram Domino Feudi vasallus sortitur, c. ceterum, de Judic. c. transmissa, c. verum, de foro competent. non tamen ratione subiectionis. Petrus Frider. Mindan. id. loc. n. 2. vers. 4. propriè ergò vasallus subditus non est, sed ab eo differt. Gail. lib. 1. de pignorat. c. 15. num. 3. cum contractus, qui inter Dominum Feudi & vasallum est, reciprocus, c. 1. de forma fidelitatis. Subiectionem non inducat: Gail. d. loc. per ibi notat. n. 3. & seq. Nec enim, quemadmodum subditus, ad obsequia, indistinctè obligatur: Ita & vasallus, in hoc enim feudi Dominus jus ex re, i. e. feudo tantum, habet. Frider. Mindan. d. loc. & cum vasallus feudum refutare possit, eo refutato, ad obsequia amplius non tenetur: Licet tamen & hoc casu Dominum offendere nequeat. c. unic. de Vasall. qui contra benefic. Lothar. 2. Feud. Quod si verò, retento feudo, debitum patrocinium Domino neget: 2. Feudor. 7. c. 1. de iniur. in sexto. quin feudo, ob hoc, privari possit, nullum est dubium. dict. c. unic.

l. 39. 2.

3.39.2. Feudor. (d) Ad hoc enim miles, priusquam recipiatur, in nu-  
 merum militum, de quo l. 4. l. 38. §. 1. l. 42. ff. de test. milit. iureiurando  
 se adstringere cogitur, quod nolit Ducem deserere. Schönb. lib. 6.  
 polit. c. 14. per tot. Si itaque contra fecerit, & ob militis negligentiam,  
 Dux perierit, capite punitur. l. desertorem 3. §. fin. ff. de re militar. id-  
 que adversus quoscunque offendentes; l. omne delictum, §. fin. ff. dict.  
 tit. cum hac tamen restrictione, ut quidem miles cogatur, dubie  
 pugnae alex se committere; certam vero & indubitata mortem,  
 Ducis nomine, ut adeat, non sit cogendus. d. leg. 6. §. pen. (e) Ita fi-  
 deles servi existant dominis, ut dominorum salus sub custodia ser-  
 vorum sita esse possit. Hippolyt. Bonacossa de serv. & famul. in  
 proem. & quest. 68. n. 1. quae fidelitas eò extenditur, ut & Dominum,  
 adversus quemcunque iniuste offendentem, etiam cum vitæ peri-  
 culo, defendere cogatur. l. 1. §. 28. ff. ad Scutum Syllian. l. f. C. de his  
 que ut indignis.

XV.

Ratione cognationis & affinitatis, defensionem li-  
 berorum suscipiunt parentes (a), & contra parentum  
 defensionem liberi (b): nec non reliqui agnati & cogna-  
 ti ulteriores, ut & affines, pro se invicem (c).

a) Quibus natura liberos tam arctè iungit, ut fictione juris  
 civilis; modò non alia obstet qualitas, pro una persona habeantur:  
 l. fin. C. de impub. subst. gloss. in l. si tibi, §. si partus, ff. de pact. l. quod dici-  
 tur, ff. de verbor. obligat. nec videatur affectus esse, qui possit pater-  
 num vincere. l. fin. C. de curat. furior. l. 27. C. de Episcopal. audient.  
 l. 46. de hered. instituend. hunc enim liberis semper optimè velle, &  
 voluisse, præsumptio est: c. est probanda 16. distinct. 86. & magister-  
 reri, à periculis filiorum, quàm ipsi filii, constat §. fin. Inst. de noxa-  
 lib. act. l. isti quidem 8. in fin. quod metus caus. quis ergò in hac natura  
 necessitate dubitet, de re satis clarà, scil. defensione à parenti-  
 bus, liberorum nomine, suscipienda? Dd. ad l. in suis, ff. de liberis &  
 posthum. hered. l. nam & si parentibus, pr. ff. de in offic. Testament. l. scri-  
 pto herede, ff. unde liberi, l. cum ratio naturalis, in princip. ff. de bon. da-  
 mnator. cum & contra naturalem stimulum facere videatur, qui  
 filiorum tutelam subire renuit. l. amicissimos, §. Lucius, in fin. ff. de ex-  
 cusat. tutor. arg. l. 1. §. 3. de l. & l. (b) Non tantum, ad obedientiam  
 in humanis, l. filia, C. de patr. pot. l. congruentius, in fin. C. eod. c. est or-

D

do 33.



.p. 22

do 33. *quest. 5.* & Divinis: *c. 1. distinct. 30.* præstandam, obligatus est filius; sed & ad quævis alia obsequia tenetur, parentum personam semper sanctam & honestam habere cogitur. *l. 1. 2. 9. ff. de obseq. parent. & patron. præstand.* ad eò quidem, ut naturâ insita censeatur hæc obligatio, *l. 2. ff. de Just. & Jur.* quæ pietatem à filiis exigit: *arg. l. 14. §. 7. ff. de bon. libertor.* illosque cogit, ut pari affectu, parentes, ac patriam, defendant, *l. 2. ff. de I. & I. l. postliminium 19. §. 7. ff. de captiv. & postlimin. revers. l. honor. 14. §. 4. de muneribus & honoribus.* (c) Redundat enim iniuria, uni de familia illata, ad omnes, *l. 1. 2. 3. ff. de liberal. caus. 1.* hinc omnibus ac singulis, qui sunt de familia, ut illam vindicent, aut repellant, permittimus. *l. 1. §. item Divus, ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. 8. in fin. ff. quod metus caus. l. hi tamen, ff. de Accusat. l. sed & hæc persona 35. ff. de procuraorib. Genes. 14. v. 14. Num. 35. v. 19. Paulus de Castro in consil. 277. in pr. in caus. carcerator. vol. 2. Vaud. lib. 1. quest. 19. l. Lex Cornelia in princ. ff. de iniur. ibid. gloss. Zoannett. in tract. peculiar. de necessar. defens. & ab eod. alleg. Dd.*

XVI.

Ratione societatis (a) maioris (b), individua (c) uxoris defensionem, etiam cum alterius cæde, maritus suscipit (d).

a) Consistit inter has personas quædam societas: nam licet uxor cum marito una caro reputetur: *Genes. c. 2. vers. 24. c. hæc imago 33. quest. 5.* Idque ob bonorum communionem, & licitam corporum coniunctionem, liberorumve procreationem; reverâ tamen diversæ sunt personæ, *l. 18. C. ad l. Cornel. de fals. t. t. rubr. ac nigro, C. ne uxor. pro marito.* nec tamen propriè affines aut cognati dicuntur, *l. 1. C. unde vir. & uxor. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss.* qui sunt principium affinitatis. (b) Eò quòd non tantum bonorum communionem; ut habentur *casus in t. t. Instit. ff. & C. pro socio.* Sed & corporum animorumq; coniunctionem contineat. *l. 1. ff. de ritu nupt.* (c) quoad votum ac animum, Dd. *ad §. 1. Instit. de patr. potest.* (d) Quemadmodum æquum non est, ut in iudicio, vir defendatur ab uxore: *§. 2. Inst. & l. 2. ff. de iniur. l. sancimus 8. ff. l. alienam 18. C. de procuraoribus.* partim ex eo, quòd lites sectari, non sit muliebri officium, nec pudori, sexui muliebri laudato, satis conveniens; *arg. l. 9. ff. de statu hom. l. 2. ff. de Regul. Jur. l. 21. C. de procuraorib.* partim quòd viris non satis decorum sit, ut, dum sibi sufficere

cere queant, muliebre officium implerent: Harp. ad §. 2. *Inst. de injur. n. 37.* Ita quoque, ob identitatem rationis, in extrajudicialibus id procedit: Nam & ibi virorum auxilio egere noscuntur mulieres; non contra, quod tamen eatenus restringendum, si vir, absque uxoris adminiculo, propriæ defensionis sufficiat; alioquin verò, cum salus uxoris à marito dependeat, cumque ab eo ad vitam necessaria habeat, rectè concludit Bald. in l. 1. C. unde vi. n. 18. & uxor sit pars corporis mariti: c. admonere 33. *quæst. 2.* viros etiam ab uxoribus defendi, æquum est, arg. l. *fæminas, ff. de procuratorib. l. 3. §. cum verò talis, ff. de liberali caus.* nec enim à defensione propriæ salutis repelluntur.

## XVII.

Alia est affectio, quæ ex familiari conversatione originem trahit, qualis inter illos est, qui, vel ob rerum collationem (a) vel aliam quandam causam, socii dici possunt (b): vel amici (c), quibus illos, qui eiusdem sunt religionis, ac patriæ, jungimus (d).

a) Huiusmodi enim societas, jus fraternitatis quodammodo inducit, l. 64. *pr. ff. pro soc. & interest nostrâ, socium defendi, per quem acquiruntur & conservantur nobis bona, alter hominis sanguis: l. 14. C. de Advocat. diversor. judic. illis enim sæpè fama & honores conservantur, dum alioquin periissent. l. pietatis 6. C. de suspect. tutorib. Nov. 30. c. 1. Farinac. d. l. quæst. 125. n. 292. (b) arg. l. 15. §. tenetur 19. ibid. gloss. & Dd. ff. de iniur. per rationem, quòd propriam vindicet iniuriam, qui insultatum socium defendit. Farinac. d. loc. quæst. 125. n. 290. (c) Separamus hîc benevolos & levi notitiâ junctos, ab amicis, quos honesta nobis junxit familiaritas. l. 223. §. 1. de verb. sign. de quibus loquuntur text. l. 2. ff. qui petant tutor. l. 15. ff. de negot. gest. horum enim gratiâ, rectè suscipitur defensio, eò quòd magna familiaritas idem operetur, quod coniunctio sanguinis. l. cum allegas, C. de Castrens. pecul. lib. 12. Hippolyt. de Marfil. in singular. 351. Baldus in l. ut vim 2. col. vers. quintò queritur, ff. de Justit. & Jur. (d) Dd. ad l. si quis à filio, §. parti civitatis, ff. de legat. 1. & l. 1. C. SS. Trinitat.*

## XIX.

Intuitu reverentiæ, quam præceptori exhibere cogitur discipulus (a), rectè quoque eius defensionem suscipit (b).

D 2

a) Non

082  
a) Non minor honor debetur præceptori, quam patri, gloss. in l. liberto, in verbo: Debent ff. de obseq. à liber. & libert. Bart. in l. omnes populi. ff. de Just. & Jur. cum ab hoc, ut vivat; ab illo, ut benè & virtuosè vivat, habeat: hinc & gratus erga illum existere debet: l. 27. ff. de donat. l. 28. ff. de rebus author. jud. possidend. l. si adibus 32. de damno infect. l. 19. §. 2. ff. de recept. qui arbitrium receper. ut sent. dicant. (b) Nam & instar Magistratus præceptor discipulo est. auth. habita, in fin. C. Ne fil. pro patr.

XIX.

Cum ergò hætenùs recensitas personas, vel civilis cogat necessitas, ad suscipiendam defensionem (a) aliorum; vel singularis affectio & evitatio ignominia (b), & damni, ad non defendentem perventuri (c), quid de planè extranea persona sentiendum sit, quæritur? Et quidem, jure Civili, nullâ necessitate, ad extranei defensionem, cogimur, utcunque etiam absque nostro periculo id fieri possit; qui tamen laudem reportare voluerit, is eam suscipiet (d): Maiori autem severitate, illam iniungunt, Jus Canonicum (e) ac Divinum (f).

a) Ut de milite, subdito, ac vasallo dictum. (b) Vni siquidem familiarium illata iniuria, respicit & redundat ad omnes; Salicet. in l. un. C. de rapt. virgin. Menoch. de arbitrar. judic. quest. caus. 262. in pr. cent. 3. Regner. Sixtin. 2. cons. Marp. 16. n. 29. (c) qui enim socium mihi aufert, rebus meis damnum infert. (d) Nam cum nullam, quæ quidem huiusmodi imponat necessitatem, statutam inveniamus, sine lege loqui erubescimus: Nov. 18. c. 5. Accedit illud, quòd benefacere magis officii sit, quàm necessitatis, & hinc invitus benefacere non cogatur, arg. §. 9. Institut. de Nupt. l. 1. §. 3. ff. de peric. & com. rei vendit: Licet honestum sit, ac lege prætorîa permissum, aliena negotia; l. 1. ff. de Negot. Gest. l. 3. §. cum igitur, & ibi gl. ff. de vi & vi arm. multò magis alterius personam, arg. §. f. Inst. de I. N. G. & C. tueri: l. devotum. ibiq; Bart. C. de Metaris, lib. 12. l. prohibitum, C. de Jur. fisci, lib. 10. aliisve suâ sponte præstare id, quod sibi non nocet, l. in summa, §. quanquam tamen, ff. de aqua pluvi. arcend. in fundo, ff. de rei vindicat. Et hinc extra omnem culpam erit, qui, cum potuit prohibere, prohibuit. arg. l. nullum crimen, l. culpâ caret. de R. J.

de R. l. Nam & natura inter nos quandam cognationem constituit, l. 3. ff. de Just. & Jur. Sicque per consequentiam, defensionem aliorum nobis commendat: quapropter & acceptâ pecuniâ rectè eam suscipimus, l. metum, §. sed licet, ff. quod metus caus. & gratis, immò non vocati, ad opem ferendam. Joh. Bapt. Zilettus in consil. crimin. tom. 2. consil. D. Thomæ de Salvettis 28. n. 3. arg. l. non tantum, ff. de Appellat. nostrâ siquidem interest, hominem beneficio hominis affici: l. servus ea lege, ff. de serv. ex port. l. in commodato, §. sicut, in fin. commodati. quin invitis hanc nostram operam obtrudimus, Salomon in repetit. l. ut vim, n. 18. de Just. & Jur. & inimicis nostris eo modo rectè succurrimus, Fulgos. in l. ut vim n. 4. vers. quin immò inimico meo, ff. de Just. & Jur. & ibi Jalon. n. 29. versu etiamsi esset suus capitalis inimicus. Carer. in pract. criminal. tr. de homicid. & Assas. §. quinto excusat. defensio n. 45. (e) Hoc enim Jure, qui permittit fame perire, nec defendit, quem servare poterat, interficere videtur. c. negligere, in pr. quæst. 7. c. non inferenda, c. qui potest obviare, c. ostendit, in fin. 23. quæst. 3. c. error, cui non resistitur 83. distinct. c. pasce, fame morientem 86. distinct. c. delicto, de sentent. excommunicat. nec videtur scrupulo occultæ societatis, cum interfectore inixæ, carere, qui, dum absque proprio periculo assistere potuit, se subtrahit. c. negligere 2. quæst. 7. (f) Matth. 5. v. 23. & c.

## XX.

Cum iniuria variis inferatur modis, nec solum fama aut existimatio nostra verbis lædatur, convicio (a), scripturâ (b), aut famoso libello (c); sed & facto, uti cum quis verberibus excipitur (d), aut alicuius honestæ dignitas læditur, abducendo famulum; vel socium (e), vel pudicitia alicuius attentatur (f) id propter de singulis speciebus videndum.

a) §. 1. Inst. & l. 1. §. 1. ff. de iniur. utpote servum dicendo, qui servus non sit. l. 9. C. de iniur. ubicunque & quocunque modo id fiat, de quibus. l. 15. §. 2. cum seq. usque ad §. 15. ff. de iniur. (b) ut si quis carmen, aut historiam, in alicuius iniuriam, scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, §. 1. Inst. de Iniur. (c) quo alicui infamia obicitur. l. 5. §. 9. cum seq. l. 15. §. 29. ff. de iniur. (d) l. 5. §. 1. de iniur. (e) De quibus in superioribus jam actum th. 16. (f) Omnis attentatio pudicitia, contra bonos mores est, etiam ea, quæ,

blandâ oratione fit, & appellatio in specie dicitur, quâ propriè  
convicium non infertur. l. 15. §. 20. ff. de iniur. quemadmodum de  
illâ, agunt. l. 9. & 10. per tot. ff. de iniur.

XXI.

Stuprator (a) ergò violentus, tam ab ipsa virgine;  
sive viduâ; quàm à quibusvis aliis, rectè, etiam cum in-  
ternectione, repellitur (b).

a) Stuprum, voce strictè acceptâ, illicitam virginis deflora-  
tionem, c. cum ergò 31. quest. 6. c. lex ista 38. quest. 1. aut honestæ viduæ  
subagitationem, denotat. §. item Lex Iul. de Adult. Inst. de publ. judic.  
Hic, in latiore acceptione, etiam per stuprum, adulterium ac so-  
domiam intelligimus. l. stuprum, ff. ad l. Iul. de Adult. l. auxilium, in  
fin. ff. de Minorib. & c. (b) l. 1. §. 4. l. item Divus, ff. ad l. Cornel. de Sicar.  
Stupri enim metus, maior est; quàm mortis. gloss. & Albericus in  
l. 1. n. 17. vers. si persona, C. unde vi. Id verò, quod de simplici violen-  
to stupro hîc dicitur, magis obtinet, si hoc crimen cum raptus cri-  
mine, concurrat, nam non solum ipsi raptores depræhensi, in con-  
tinenti; sed & omnes, hisce auxilium præstantes, à parentibus, re-  
liquisque cognatis, impune interficiuntur. l. raptores virginum 54.  
C. de Episcopis & Clericis, l. 1. pr. C. de raptu virgin. Cynus in l. Gracchus  
n. 8. vers. sed aliud in raptu, C. ad l. Iul. Adult. Marfil. in l. 1. §. fin. n. 1.  
in fin. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. patre vel marito, n. 4. in fin. ff. de quest.  
& in l. 1. C. de raptu virginum. quæ omnia eò magis procedunt, si il-  
la, quæ jam marito nupta est, per vim rapiatur: duplex enim cri-  
men, & adulterium & rapina in hac committitur. d. loc. 1. pr. C. de  
rapt. virg.

XXII.

Quod si volens, adultera (a) adulterum admittat,  
non singulis jus interficiendi concessum (b) est; sed cer-  
tis personis eisque honestis (c) puta patri & marito. Ille  
quidem, si filiam naturalem (d) vel adoptivam (e) quam  
in potestate habet (f), cum quocunque adultero (g), in  
actu venereo (h), sive in propriis, sive in filiaæ ædibus, in-  
veniat (i) poterit non solum, reali & verbali hos afficere  
contumeliâ (k); sed & illam cum adultero, coniunctim  
(l) in continenti (m), absque ulla poenâ (n), interficere;

Hic



Hic verò, absque pœna, in propriis ædibus (o) inventum adulterum, vilem (p) personam, vel aliam quamcunque, cui præviâ, decenti (q) denunciatione, ædibus & colloquio cum muliere, ob suspicionem adulterii, interdixerat, aut illum, qui vi adulterium (r) perficere conabatur, interficere potest: quod si verò justum dolorem temperare non potuerit, aliasve quocunque modo, contra legum prohibitionem, interemerit (s), non quidem ab omni pœnâ; rectè tamen ab ordinaria absolvendus est: Quæ autem de muliere diximus, illa quoque in Sponsa obtinere, statuimus (t).

a) In solutis siquidem id non procedit, quapropter parens nec viduam, eo modo inventam; *l. nec in ea, §. in accusatione, ff. ad l. Iul. de Adult. ibidemq; gloss. in verbo Accusatione. & Dd. Alex. Bart. & alii. & gloss. in l. patris ff. eod. tit. nec virginem, nisi alteri desponsatam, Raphaël Cuman. in l. patri, in verb. in accusatione, ff. ad l. Iul. de Adult. è medio tollere poterit, nec enim in simplici scortatione, & stupro voluntario; sed in adulterio, hoc demùm permissum est, unde & rectè sequitur, quod si jure civili, hanc interficiendi potestatem conferente, coniugatus inveniatur, cum soluta rem habere, interficere illos nequeat, eo enim casu, nec à parte istius coniugati, committitur adulterium; sed simplex stuprum, *arg. l. 6. §. 1. l. 34. §. 1. ff. ad l. Iul. de Adult. l. 101. ff. de V. S. Wesembec. in paratit. ff. ad l. Iul. de Adult. n. 8. Gœddæus ad alleg. l. 101. de verb. sign. c. 10. nisi spectemus, vel Jus Divinum; Marc. c. 10. v. 11. Matth. c. 5. v. 27. & c. 19. v. 9. vel Canonicum: c. Nemo 4. caus. 32. quæst. 4. Can. NON MOECHABERIS 15. Canon. precept. 19. caus. 32. quæst. 5. Rittershus. lib. 2. diff. Jur. Civil. & Canon. c. 10. Althus. Dicæolog. Iur. Civil. c. 126. n. 11. 12. quibus æqualis exigitur castitas, ab utraq; parte, nam viri & uxoris una est fides, una castitas, unum Sacramentum, puta matrimonii, & spes una habendæ prolis. c. 1. Extr. de sponsa duor. c. debitum 5. extr. de bigamis: cum è contrario, jura civilia, maiorem ab uxoribus exigant castitatem, quàm à viris, majus enim committitur delictum, ubi à parte uxoris, fides matrimonii non servatur inviolata, ex hoc enim descendit scelerata sanguinis confusio, & seminis commixtio, à jure multis modis improbata: nec non alterius partus suppositio,**

quo

202  
quo ipso falsum committitur. l. 30. §. 1. ff. ad l. Cornel. l. 1. & l. 10. C. eod. quod gravissimum scelus Reip. damnosum, ideoque capitale esse judicatur. l. 1. C. ad l. Cornel. de fals. nec facile præscriptione tollitur; l. 19. §. 1. ff. & l. 12. C. d. s. Cum econtra huiusmodi nihil sit metuendum, à parte coniugati, cum soluta rem habentis, nam cum ibi patrem non demonstrent justæ nuptiæ, ut in priori casu, l. 5. ff. de in jus vocand. l. 19. ff. de statu hominum: constitutum est, propter hanc incertitudinem, ut partus, qui portio quoque viscerum matris est, l. ult. C. de liberal. caus. ventrem sequatur, l. partum 7. C. de rei vindicat. quam naturæ legem, dicit l. 24. ff. de statu homin. & obtinere, quoties lex specialis contrarium non inducit: Harp. ad §. igitur 3. Instit. de patria pot. n. 7. (b) arg. l. §. 1. ff. quod metus caus. (c) Honestas hæc exigitur à parte eius, quæ in actu venereo illicito invenitur, nam si illa publica sit meretrix, quæ venalem formam exhibuit, ac se meretricio more vulgò prostitutam præbuit, adulteri crimen non committit. l. si ea quæ. C. ad l. Iul. de adult. hæc enim ob vitæ vilitatē dignæ legum observatione non creduntur. l. quæ adulterum 29. in fin. C. d. rit. nisi jam, post contractas priores nuptias, illam inhonestam vitam dereliquerit, nam & quòd hoc casu committatur adulterium, & illa, quæ in thes. h. dicta sunt, locum inveniant, certum est. l. uxor 13. §. sed in ea 2. ff. ad l. Iul. de adulter. junct. l. marito 24. §. fin. ff. eod. nec non à parte illorum, qui interficiunt, nam si vel pater, vel maritus, sint personæ inhonestæ quædam infamiæ maculâ notatæ, accusare in totum prohibentur, l. 8. vers. alii propter delictum proprium. ff. de Accusat. hinc ergò, cum illi, qui ipsi exercuerunt lenocinium, qui cum bestiis pugnaverunt, artem ludicram exercuerunt &c. accusare nequeant; l. 15. qui iudicio 4. ff. de accusat. conveniens quoque est, nec illos interficere posse: l. marito. §. fin. in fin. ff. ad l. Iul. de adult. (d) Naturalis filia non tantum illa dicitur, quæ ex concubina, extra legitimum matrimonium (de qua idem statuunt nonnulli, quod de filia naturali & legitimâ; Angel. de maleficio in verbo che hai adulterato la mia donna, num. 16. vers. & advertas, quòd non sit differentia. Carcer. in pract. criminal. in 3. tract. de homicid. & Assassin. §. 8. excusatur, num. 11. quæ tamen sententia mihi non placet, eò quòd hæc potestas interficiendi, patri competat, jure patriæ potestatis: per notata inferiùs, naturalis autem filia in potestate non sit. r. t. C. de naturalibus liberis. Cum illi demum in potestate nostra sint, qui sunt ex justis nuptiis procreati. pr. Inst. de patr.

*patr. potest. junct. §. si quis adversus ea, qua diximus, Instit. de nuptiis*  
 sed & illa, quæ ex justis nuptiis nata est. *pr. Inst. de adopt. (e)* Nec in  
 hac lege pater naturalis, ab adoptivo differt. *l. nec in ea 22. ff. ad l. Iul.*  
*de adulter. gloss. in l. patri, verbo patri, vers. item non est vis. ff. eod. (f)*  
 Hæc enim coniunctim requiri, ut pater sit, & in potestate filiam ha-  
 beat, colligo. *ex l. patri 20. ff. ad l. Iul. de adulter.* huic etenim senten-  
 tiæ conveniunt legis verba, & sic eius dispositio. *arg. l. 4. §. toties,*  
*ubi Paul. ff. de damn. infect. l. quod. constitutum 21. ff. de Testam. milit. nec*  
*lex quicquam frustra facit, Marius Giurba ad consuet. Mess. c. 2. gl. 1.*  
*n. 8. & ita explicanda est, ne superfluum quoddam, jure reprobatum,*  
*l. 1. §. quibus, C. de novo Cod. fac. l. f. C. qui admitti. in ea inveniatur.* Et  
 hæc ratio est, cur filiusfam. pater, filiam, in adulterio inventam, in-  
 terficere nequeat, *d. l. patri. in f. ff. ad l. Iul. de Adult.* Nam cum ille ad-  
 huc sit in potestate, nuptiæ siquidè à patria potestate non liberant,  
*l. 5. C. de condict. incert. l. 12. C. de collat. utiq; alium in potestate, in qua*  
*ipse est, habere nequit. l. 8. ff. de his, qui sunt sui vel al. jur.* Vnum ete-  
 nim debet caput esse, in una domo, *l. 195. §. 1. & l. seq. ff. de V. S. quem-*  
*admodum Rex unus, in uno regno: sufficit tamen, si pater eo tem-*  
*pore filiam in potestate habeat, quo occidit; licet tempore contra-*  
*cti matrimonii, in potestate eam non habuerit, l. Quod ait lex 23. §.*  
*sufficit 1. ff. ad l. Iul. de adult. (g)* Nam non ita astringitur pater, quæ-  
 admodum maritus, ut colligimus *ex l. Marito 24. ff. ad l. Iul. de a-*  
*dult.* Et hinc quoque illam personam, quæ non est vilis, pater in-  
 terficere potest. *arg. à contrario sensu d. l. Marito, desumpto.* Quapro-  
 pter, & illum, qui in Magistratu constitutus est, pater rectè interfi-  
 cit. *d. l. Marito, §. illud. ff. ad l. Iul. de adult.* nec enim Clericum, cum  
 filia propria turpiter inventum, cogitur eximium habere. *c. si vero*  
*alicuius 3. Extr. de sentent. excommunicationis.* sed nec illorum mihi  
 placet sententia, qui osculum, à clericis, mulieribus delatum, cha-  
 ritatis esse, arbitrantur, *Alex. in Addit. ad Bartol. in l. quod ait Lex. in*  
*pr. in addit. ff. ad l. Iul. de adult.* Eò quòd raro osculum, præsu-  
 matur fieri charitatis, sæpius libidinis causâ, cum & osculum faciat  
 præsumtionem adulterii. *Abb. in c. tertio loco n. 4. vers. vel ipsam*  
*osculantem. extr. de præsumt.* Hostiens. *in c. præterea n. 5. vers. de ad-*  
*miniculis & c. extr. de testib.* Et quòd inventus in huiusmodi prælu-  
 diis, extraordinariâ pœnâ, ex crimine stellionatûs, propter volun-  
 tatem perniciosæ libidinis, affici possit. *l. 1. pr. ff. de extraord. cognit.*  
 Mihi ergò tutius videtur, si lupo ovem non committamus, nec cle-

E - rico



252  
rico de osculandi licentiam, vel occasionem, quæ furem facere so-  
let, exhibeamus: cum & his, ipsi Canones parvam habeant fidem,  
prohibentes, ne soli, fœminarum accedant tabernaculum, neve  
cum illis fabulas misceant. *c. Clericus solus, ad fœmina dist. 81.* Immo,  
vix proprias illis committunt sorores, non ignorantes Satanæ ma-  
litas: *c. sed si fortè aliqua, dist. 81.* nec solam mulierem uni commit-  
tunt, duos accedere jubent, vix enim uni, quia, si ceciderit, non est,  
qui eum erigat. verba sunt *c. in omnibus 26. dist. 81.* (b) Ita demùm  
permissum est interficere, si in ipsa turpitudine eos inveniatur, quod  
Labeo probat, & Pomponius, in rebus Venereis scribit. *l. quod ait in  
pr. ff. ad l. Iul. de adult. Clar. in pract. §. Homicidium, n. 39. vers. dixi  
etiam in quinto requisito. Ayret. in repet. l. ut vim, ff. de Iust. & jur. n.  
450.* ipsam autem turpitudinem, Dd. quoque præludia appellant,  
quæ actum præcedere solent: *gl. in l. patri, verb. patri, vers. ille de-  
mùm adulter. ff. ad l. Iul. de adult. Salicet. in l. Gracchus, n. 9. d. tit. Quo-  
rum sententia, si sit recipienda, cum illis facerem, qui de præludiis,  
actui proximis; non remotioribus, id accipiunt. Franc. Curt. Jun.  
in rubr. C. de Edend. quæ sententia videtur quodammodò compro-  
bari in c. literis 12. extr. de præsumpt (i) In domo sua, aut generi, pa-  
ter rectè interficit, maiori enim iniuriâ afficiuntur maritus ac pater,  
eò quòd ausa fuerit filia, adulterum deducere in domum patris vel  
mariti, *l. Nec in ea, §. jus occidendi 2. d. l. quod ait lex 23. §. quare non 2.  
ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Domus autem cuiusque ea est, ubi quis sedes  
ac tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. *l. in  
ensoria 203. vers. igitur queri solet. ff. de V. S. propria illa sit, sive  
quam gratis habet, usufructu, aut habitatione constitutâ. l. 8. §. 1.  
l. 22. §. 2. ff. ad l. Iul. de adult. l. 4. §. 5. ff. de damn. infect. l. 1. §. 2. ff. de  
agnoscend. & alend. liber. l. 1. §. 2. ff. de Aleator. §. 8. versic. domum, Inst. de  
iniur. & l. 5. §. 2. ff. eod.* Hinc ergò, cum domus pro domicilio acci-  
piatur, si non pater ipse eam inhabitet; sed alius, ibidem interfice-  
re non potest. *arg. dd. ll.* Minus verò dubii habet, si domus sit pro-  
pria ipsius adulteri, quæ illi tutissimum debebat esse receptaculum.  
*l. 18. ff. de in jus vocand. l. 103. ff. de reg. jur. Carpzov. p. 4. Jurisprud. Ro-  
man. constit. 13. definit. 9. n. 9.* (k) Nam, si licet, quod minus est;  
utique & id conceditur, quod plus est, *l. Non debet 21. ff. de reg. jur.  
auth. multò magis. C. de SS. Eccles. c. cui licet 53. de R. I. in 6.* Dummo-  
dò non aliud suadeat diversa ratio, aut legis contraria dispositio.  
*arg. l. si pupillorum 7. §. si prætor 3. ff. de reb. eor. qui sub tutel. sunt. Mi-**

mus

nus ergò dubii, de præfenti casu est, tantum enim abest, ut legibus sit contrarius, ut etiam potius, expressâ lege decisus, inveniatur. *l. Nec in ea 22. §. sed qui occidere 3. ff. ad l. Iul. de adult. (l)* Quodsi adulterum, & non quoque filiam, interfecerit, legibus conformem vindictam non exercuit; *l. 20. & l. 23. §. f. ff. ad l. Iul. de adult. sed eo nomine tenebitur, l. Nihil interest, in princ. ff. eod.* quod ideo constitutum videtur, ne parens ad interficiendum nimis sit pronus, nimisque facilis, cum sciat, adulterum non rectè interfici; nisi quoque interficiatur filia: à quo tamen illum quàm facillimè naturalis stimulus, qui urget parentes, ut faveant liberis, deterrebit. *l. 36. §. f. ff. de Excusat. tutor.* cum nec quisquam melius consilium credatur capere, quàm pater, pro liberis. *l. Nec in ea 22. C. de sponsalib.* (m) Vno siquidem propè ictu, & uno impetu, utrumque occidere debet, æquali irâ, adversus utrumque sumtâ. *l. Quod ait lex. §. f. ff. ad l. Iul. de adult.* quid autem in continenti sit factum, explicat *§. f. allegata legis.* (n) Nec enim cum his facio, qui, in proposito casu, extraordinariâ pœnâ, patrem afficiendum esse, arbitrantur: Iac. Butrig. in *l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. & alii.* partim, quòd pater faciat, lege permittente, *l. patri, l. nec in ea, in fin. ff. ad l. Iul. de adult.* & sic justè (faciat) ac benè. *l. Quid sit fugitivus 17. §. apud Labeonem 12. ff. de Ædilit. Edict. c. quid dicam 11. caus. 14. q. 4.* Immodò, iniqua esset lex, si primò aliquid permetteret; deinde pœnam exigeret: in leges autem, quæ sanctæ sunt, suspicio calumniæ nulla cadere potest. *l. sacra 9. §. propriè 3. de rer. divis.* partim, quòd lex impunitatem promittat, nullam enim pœnam mereri dicitur. *l. Gracch. C. ad l. Iul. de adult. Menoch. in arbit. Iudic. qq. cas. 356. n. 72. (o) l. Marito, ff. ad l. Iul. de adult. add. quæ notavi th. h. l.* (p) Non omnem indistinctè, quemadmodum pater; mariti enim calor & impetus, facillè sæviens, fuit refrenandus; cum econtrâ laxior patri fuerit concessa potestas, quòd hic, consilium pro liberis, ex paterna pietate, capere videatur optimum. *l. nec in ea. §. f. ff. ad l. Iul. de adult. sed istum demùm adulterum, qui vilis est. l. Marito, ff. d. t.* Non tamen illum saltem vilem dicimus, qui infamis est, uti, si artem ludicram fecerit, in scenam saltandi, cantandive causâ, prodierit, iudicioque publico damnatus, neque in integrum restitutus fuerit; *per d. l. sed & illos, qui iure civili, planè non sustinent personam; quapropter domino permissum esse, ut servum, in adulterio cum uxore inventum, interficiat; not. Alberic. in l. nec in ea, §. jus occidendi, in f. vers. Dominus. ff. ad*



l. Iul. de adult. partim, quòd servum, in facinore inventum, impunè interficere liceat: l. qui servum 96. ff. de verb. oblig. Vix autem videatur gravius facinus, à servo committi posse; quàm si cum uxore domini rem habeat: partim, quòd leges hoc facinus vehementer detestentur, adeò, ut etiam eius præsumtio, manumissioni sit impedimento, pr. Inst. in verb. Est tamen casus, de heredib. instit. cuius alioquin favore, multa, etiam contra communes regulas, sunt inventa. l. fin. Instit. de donat. Quod rectè extendimus ad libertum mariti eiusque uxoris, per text. l. marito. ff. ad l. Iul. de adult. summa enim hæc est liberti, erga patronum, ingratitude, quæ in hoc casu verè dicitur ventus urens, & exsiccans fontem misericordiæ. Wesenb. i. consil. 24. n. 12. & licet quidam legem allegatam, quòd maritus vilem adulterum, cum uxore in turpitudine inventum, possit interficere, ita restringant, si de nocte inveniat, non quoque si de die; per l. Gracchus C. ad l. Iul. de adult. per verba, Noctu deprehensum, Odofred. in d. l. in vers. Quoniam non erat. & in n. 3. in f. vers. item tempus facit. Alber. in d. l. n. 1. in f. vers. ad id. quod hic dicitur Eorum tamen sententiam tutò recipi posse, non arbitror, propter l. marito. ff. allegat. tit. generaliter loquentem: Nam cum verbum Noctu, in allegat. l. Gracchus, ad factum potiùs; quàm ad jus pertineat, ex ipsa lege, ad obiectionem, facilis erit responsio. (q) Nam si illi, quem maritus suspectum habet, tribus denunciationibus, in scriptis, testatò per tres testes, colloquio cum uxore interdixit; is autem deinde cum uxore inveniat, in loco suspecto, quicumque etiam ille sit, licet ipsius adulteri domus hæc sit, nullà habità distinctione, vilis sit persona; nec ne, in complexu deprehendatur, vel in præludiis etiam remotioribus, à marito, absque pœna, interficitur. Auth. si quis ei, quem, C. ad l. Iul. de adult. (r) Nullà quoq; adhibità distinctione, propter textum l. 1. §. fin. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & illa, quæ in th. proximè præcedenti dicta sunt. (s) Quippe, quod maritus justo afficiatur dolore, ob adulteriũ uxoris, l. si adulterium cum incesto, §. Imperator Marcus §. ff. ad l. Iul. de adult. cum libentiùs filii, l. 88 §. 16. ubi Bald. ff. de leg. 2. aut uxoris mortem, quam adulteriũ eius audiat. Coras. miscell. c. 1. n. 2. & justum dolorem temperare, sit difficile, utiq; ignoscendum est marito, non quidem simpliciter; sed quoad pœnam l. Cornelie l. si quis in gravi, §. si maritus, vers. si tamen maritus. ff. ad Scutum Syllian. Ita tamen hæc omnia procedunt, ut maritus, qui adulterum interficit, sine mora uxorem dimittat. per l. marito 24.

§. præ-

§. precipitur 1. ff. ad l. Iul. de adulter. Salicet. in l. Gracchus, n. 7. C. ad l. Iul. de adulter. Belviso lib. 1. c. 9. in verb. tenorem, n. 21. & 24. (r) Juris effectu inspecto, desponsata in multis casibus pro nupta habetur. Hoc modo contumelia quæcunque Sponsæ illata, ad sponsum pertinet, is vindicat. l. 15. §. 24. ff. de iniur. fundum dotalem, uti nec maritus, ita nec sponsus rectè alienat: l. 4. ff. de fundo dotal. sic & quoties de adulterio, cum sponsa perpetrato, agitur, illa pro nupta habetur. l. si uxor 13. §. Div. Severus 3. ff. ad l. Iul. de adult. ut sic rectè statuamus, & hoc casu, in nuptam committi, adulterium. l. 6. §. 1. ff. d. t. Nam si nec qualecunque matrimonium, nec qualemcunque torum, utut in spe solùm consistant, l. 1. ff. de sponsalib. violare fas est; dict. loc. 13. §. 3. ff. ad l. Iul. de adulter. utique nihil resistit, quò minùs statuamus, & hìc adulterium committi, & rectè in sponsa vindicari. l. propter 7. C. ad l. Iul. de adulter. dummodò tamen requisita adulterii adsint, & sic dokus in sponsa inveniatur, nam ab adulterio excusabitur, si, imminente necessitate, quicquam commiserit: arg. l. miles 11. §. quærebatur 7. ff. ad l. Iul. adulter. quod tam in sponsa de præsentì, (quæ jure Canonico & sponsa & uxor dicitur, c. sufficiat, c. beata, vers. consensus, c. cum initiatur, c. coniuges, c. coniux vocatur 27. q. 2. junct. c. decreta legalia, §. 1. dict. t. c. statutum, §. apparet, dict. c. sicut 22. & c. pen. Extr. de sponsal. jure civili verò, illa nullibi sponsa appellatur, l. nuptias 30. ff. de Reg. Iur. junct. arg. pr. & §. si quis adversus ea, Instit. de nupt.) quàm in sponsa de futuro, verum est, in hac enim propriè spes matrimonii violatur, argum. l. 1. ff. de sponsalib.

## XXIII.

Verbali iniuriã affectus, vi atque armis, ne quidem incontinenti, illam impunè vindicat (a); licet Judicis adeundi potestas non detur (b), neque enim ex eo, provocationem ad duellum licitam esse, censemus (c), nec provocatum, si comparuerit, se excusare posse (d); rectiùs autem & absque honoris læsione, emanere, nec per id, illum, ab honestorum consortio, esse segregandum, multò minùs inappæ partem, ubi sedet, in mensa abscindendam, nec eundem pro effeminato aut timido esse habendum (e); sufficiat illi, si vindictam privatam,

E 3

legibus

legibus iurique conformem, exercere voluerit, ut legitimo retorsionis remedio utatur (f) & in illos (g), quos alioquin iniuriarum actione convenire potuisset, servato moderamine inculpatæ tutelæ, iniuriam retorqueat (f).

a) Vindicta namque cum offensione commensurari, nec eâ gravior existere debet quapropter & minori iniuriæ minor constituenda pœna. Angel. in tract. de malefic. verbo, scienter, num. 12. Welsembec. in paratit. de adulter. num. 7. nec obiicitur rectè: quòd fama & vita pari passu ambulent, Alexand. consil. 133. circa executionem, n. 8. lib. 6. per l. 9. ff. de manumiss. vindict. l. 7. §. 1. l. 8. §. 2. ff. quod metus caus. crudelitatis, erga se ipsum emissæ, certum sit indicium, negligentia famæ: Covar. lib. 1. var. c. 2. n. 8. meritò ergò famam, ut vitam, armis defendi; siquidem posito, quòd hæc non saltem intentionaliter, sed reverà ita procederent; arg. l. 38. §. ff. ad l. Iul. de Adulter. tamen, quòd, in iniuriis verbalibus, hæcce locum non invenirent, facilè, ex vindictæ imparitate elici posset: nec enim is famam neglexisse dicendus est, qui, vel magistratus ope, vel juxta legum præscriptum, puta legitimam retorsionis viâ, eam defendit. Bocerius in tract. de duello, c. 7. (b) Nam ad id potissimum inventa est, retorsio, ut & absq; iudicis autoritate famam quis salvam habere queat. (c) Immò, qui alium diffidat, & ad pugnam provocat, si effectu sceleris potitus non sit, extra ordinem puniendus venit; Bertaz, consil. 307. n. 1. ab ordinaria autem l. Corneliæ pœna non excusabitur, si provocatum interfecerit. (d) Nam, cum duellum, dilectionem proximi, nobis toties iniunctam, Rom. 12. v. 9. & v. 21. 1. Corinth. 3. v. 3. Proverb. 3. v. 27. & c. tollat, præceptum, de homicidio non perpetrando, negligat: Deuter. 5. v. 17. inventum autem sit Diaboli, c. consulisti 2. quest. 4. in quo non tantum Deus tentatur; c. monomachia 2. quest. 4. sed & ipsa innocentia justæ causæ in discrimen deducitur, errantive fortunæ committitur, c. queritur 22. quest. 2. & sic sit bonis moribus, nec non legibus Divinis, Naturæ & Gentium contrarium: nec, facere hæc talia nos posse, credendum est: l. 15. ff. de condit. Instit. l. 125. de V. S. l. 23. §. vestimenta, ff. de auro & argent. legat. l. pen. ff. de furt. l. 3. & 4. ff. de usur. Valq. lib. 1. contr. illustr. 178. n. 15. nec per id audienda est exculpatio, honorem prætexens, culpæ autem reum faciens; quæ tamen utique de his provocatis ac-



tis accipienda sunt, quibus deliberandi tempus conceditur; *Dd. ad l. ut vim, de Iust. & Iur. ibid. Salomon. in repetit. d. l. n. 9. vers. & propter ea. Claud. Seyssel. n. 56. in princ. in vers. intellige incontinenti. Bolognet. n. 46. non verò de his, quos inevitabilis necessitas provocat, & ab omni pœnâ immunes reddit, nec de illis, qui provocati, inconsulto iræ calore, ad defendendum prorumpunt: nam hoc modo quoad ordinariam pœnam, ignoscendum esse provocatis. Constat ex l. qui cum maior 14. §. si libertus, ff. de bon. libertor. Ludovic. Carret. in pract. criminal. latè Tiraquell. tom. 7. de pœn. temperand. aut remitt. n. 1. & seq. & n. 12. (e) Levitic. 19. v. 11. Deuter. 32. v. 45. Eccles. 28. v. 15. & 16. arg. l. nullus 14. C. de Iudais & Calicol. (f) Verbalem etenim iniuriam, cum alia verbali, propulsare, nemo prohibetur. Felin. c. dilecti, col. 5. Extr. de except. per l. legēda 19. C. qui accusar. non poss. quippe quòd hæc nullam secum ferat iniquitatem, meritò namq; quilibet patitur in se retorqueri illa, quæ ipse torlit. l. 1. & tot. tit. ff. rubr. & nig. quod quisq; Juris in alium statuit, ut ipse eodem jure utatur. arg. l. 44. ff. de pact. l. 59. ff. de administrat. & per tutor. l. 15. ff. si servitus vindicetur. cum similib. Immodò, l. 3. ff. de Iust. & Iur. naturæ conveniens esse dicitur, ut vim vi, INIURIAM INIURIA propulsemus, & expressè permittitur in l. 14. §. 6. ff. de bon. libertor. (g) Hinc ergò, uti parentes, patronos præceptores &c. reverentia illis debita, immunes reddit, ne vel iniuriarum actione; arg. l. si filius 3. C. de patr. potestat. l. 1. C. de emendat. propinq. l. sed & si 5. §. ult. cum l. seq. ibique Bart. Bald. & Florianus ff. ad l. Aquil. l. 13. §. 4. ff. locati, l. prator. edixit 7. §. præterea 2. vers. Caterùm, ff. de iniur. l. 16. §. 2. de pœn. vel alio quodam famoso judicio pulsentur: l. non debet dari 11. ff. de dol. mal. cum ne saltem exceptio odiosa adversus illos detur, l. 4. §. 16. ff. de dol. mal. & met. caus. exception. Magistratum autem ab iniuria excuset, arg. l. 13. §. 6. l. 15. §. unde querit, l. 33. ff. de iniur. ingens pro eodem, & eius Justitiâ, faciens præsumtio: l. 13. §. 1. ff. de iniur. proinde sanè adversus has personas, retorsionis remedium temerè non est intentandum: in genere enim, quibus charitas & reverentia debetur eorum famæ parcendum est. l. 1. §. ostendimus, ff. de suspect. tutor. ibiq; Wesembec. in paratit. num. ult. (h) Nam & hîc quoque providè & circumspectè agendum est, ne, illatâ iniuriâ, gravior sit retorsio: Servanda sunt itaque tempus, ut fiat retorsio in continenti, retorsio enim defensionis, armis factæ, æquiparatur, & idcirco  
 in ea*

282  
in ea obtinet, quod dicitur in t. 3. §. 9. l. 17. ff. de vi & vi. armat. cum si-  
milib. junct. arg. l. 3. §. 43. ff. ad SCtum Tertyll. l. 2. ff. quis ordo in bon. pos-  
sess. servetur. l. 137. de verb. oblig. & textu in ordin. Camer. part. 2. tit. 9.  
§. 1. in verbis zu frischer That. ac Modus, ut nempe, defendendi hono-  
ris causâ offendentem mentiri dicat, ne ab aliis pro tali in posterum  
habeatur, qualis à convitiante per mendacium fuit declaratus,  
quod facillè contingeret, nam licet vera infamia, non inferatur di-  
cto vel convicio; sed à lege vel iudice, tot. tit. ff. de his, qui notantur  
infam. tamen facti notabitur ignominia, quæ opinionem alicuius  
apud bonos gravat, verecundiam onerat. l. 13. l. 17. C. ex quib. caus.  
infam. irrog. sic ergò, nisi quis, respectu aliorum, quibus fama sua  
prodest, licet conscientia sibi sufficiat; vel immisericors, vel crude-  
lis audire velit, c. non sunt audiendi § 6. caus. 11. quest. 3. cum similib.  
famam à calumnia defendet, & nocenti, qui certus est, arg. l. un. C.  
de famos. libell. retribuet illud, quod nocuit. c. secundum Catholicam  
fidem 47. & ibi alleg. text. caus. 11. quest. 7. Hæc etenim ratione non  
solum, ab illata iniuriâ, erit per omnia liberatus, aded, ut actioni-  
bus experiri necesse non habeat, quod absque sumptibus & dis-  
pendio fieri nequit, l. eum quem 79. ff. de judic. l. alios, l. 8. ff. de Jure-  
jur. l. 22. C. mandati. nec minimâ fruetur beatitudinis parte, si litium  
molestiis, quarum eventus dubius est, carere possit, l. quod debetur  
51. ff. de pecul. l. 78. ff. ad SCtum Trebell. Carpzov. 3. responsor. 98. n. 12.  
& 2. Immodò ne quidem ad agendum, si velit, sublatâ jam iniuriæ  
obligatione admittendus erit, cum satis ultus censeatur, qui retor-  
sione fuit usus: & in iniuriantem, ignominiam reiecit, usque dum  
ille de veritate obiecti convicii fidem fecerit. l. 25. ff. de procuratorib.  
junct. l. 2. ff. de Iust. & Iur. & l. 14. §. 6. ff. de bon. libertor. sed & ab in-  
juria, à convitiante in futurum spargendâ, tutus erit, eò quod ipsum  
mendacii reum fecerit, pro mendace namque meritò ab omnibus  
habetur, quem inconsultus calor eò dementiæ adegit, ut natura-  
lem qualitatem, quam jura semper adesse, præsumunt, Bært. in l. si  
pupillo, ff. ad l. Falcid. l. 51. ff. pro soc. l. 18. §. Qui dolo. ff. de probat. cum  
similib. in quoquam adesse negaverit: nec, ad probandum provo-  
catus, suam intentionem satis apertè demonstraverit; quapropter  
& iniquè queritur, sibi, vera licet dicenti, amplius non haberi fidem,  
hæc enim pœna solet esse mendacii. arg. §. fin. Institut. de fideicom-  
missar. hered. c. 14. de præsumpt. l. 25. ff. de probat. l. f. ff. de rei vindicat.

*l. 20. §. 1. ff. de interrogat. l. contra negantem, C. ad l. Aquil. l. 10. §. 1. de fideiussorib. &c.* Cavebit tamen, quisquis retorsione uti voluerit, ne ipse mendacii reus inveniatur, vel, aliam iniuriantem iniuriosè retorquendo crimina, vel crimina obiecta simpliciter retorquendo, utpote, iniuriantem, furem vel adulterum dicendo, nam & hic veritas per mendacium obfuscaretur; *l. cum filius 76. §. heres 3. ff. de leg. 2. Novella Leon. 19.* sed illum mentiri tanquã talem, utpote de his malevolis constat, quòd ipsi in angustiis constituti, alios consimilis criminis reos esse, mentiantur, nec dubitent, cum de propria salute desperaverint, alienam quoque in discrimen adducere. E quibus omnibus, hoc porro consequimur, quòd in veris criminibus obiectis, retorsioni locus non sit; Berlich. *part. 5. conclus. 64. n. 17. p. 596.* dummodo de infamia obiecta eius qualitatis reverã constet, alioquin obstabit *l. 30. in fin. ff. de testamentaria tutela, licet.* aliàs etiam veram infamiam, iniuriandi animo opponens, quoad pœnam extraordinariam, à iudice infligendam, non sit immunis. *Ordin. criminal. Carol. V. artic. 110.* Vnd ob sich auch gleichwol die aufgelegte Schmachte der zugemessenen That / in der Wahrheit erfunde; Soll dannoch der Ausbruffer solcher Schmachte / nach Vergnügung der Rechte / vnd Ermessung des Richters / gestraffet werden. *malitiis namque hominum nullatenus est indulgendum, aut via aperienda. l. cum hi 8. §. si cum lis 20. ff. de transact. l. in fundo 38. §. Constituimus 1. ff. de rei vindicat. l. 2. ff. solut. matrimon. l. quoties 11. C. de fideicommiss. l. si legatarius 25. C. de legat. cum similib.*

XXIV.

Unicuique (a) non solum pro rebus suis; sed & alienis (b), corporalibus & incorporalibus (c), adversus vim quamcunque (d), etiam convocatis ad hoc amicis, defensionem suscipere licet (e), & si vim inferens, aliter repelli nequeat, eò quòd spoliati personam quoque in periculum deduxerit (f) rectè; servato tamen inculpatæ (g) tutelæ moderamine, interficitur (h).

a) Nam cum (i) juri naturæ sit conveniens, ut nos, nostraque, à vi & invasione aliorum, defendamus, per superius tradita: utique nec sexum, nec ætatem, hinc diversum jus constituere, arbitramur: quippe quòd jus naturæ hinc nullam agnoscat differentiam.

F arg.

arg. l. 31. ff. de R. I. junct. l. 1. §. cum arietes, ff. si quad. paup. fec. dicat.  
(2) propter verba l. 3. de I. & I. generaliter concepta, & sic generali-  
ter intelligenda, l. 1. §. 1. ff. de legat. praestand. l. fin. C. de dote promissa  
& c. quam generalitatem evidenter ostendit vox, in d. l. 3. inven-  
ta, Quisque: Nam quod haec omnes complectatur notum est, l.  
hoc articulo 29. ff. de hered. Instit. l. 8. §. 3. ff. de pignorat. act. etiam mu-  
lieres. l. si quis. ff. de jurudict. l. 3. §. 1. ff. de negot. gest. cum similib. Qua-  
propter, cum universitas, in multis personæ vicem sustineat l. mor-  
tuo 22. ff. de fideiussorib. arg. l. metum 9. §. animadvertendum 1. ff. quod  
metus caus. auth. item nulla, C. de Episcop. & Cleric. illamque, licet im-  
propriè, repræsentet, etiam rerum defensionem, eam suscipere  
polle, existimat Albericus in l. ut vim, n. 13. in fin. vers. sed quomodo  
universitas, & n. 14. ff. de Iust. & Iur. sed nec clericis, qui necessitatis  
tempore utrumque gladium, temporalem & Ecclesiasticum jun-  
gere, operæ precium arbitrantur, hanc rerum defensionem, ex  
ipsorum principiis, denegamus. arg. c. dilecto filio 6. de sententia ex-  
communicationis in sexto. (b) Sive defendentis inter sit, rem non au-  
ferri, quod interdum in nudo detentatore, utpote, qui actionibus,  
ad restituendam rem, commodati, depositi, aliisque conveniri pos-  
set, obtinet; vel quod eius nullum sit interesse, quippe ab aliis tan-  
tùm ad opem ferendam, evocetur. Albericus in d. loc. ut vim, n. 13. de  
I. & I. Claud. Seyssel. in repetit. eiusd. l. n. 125. Ayrex. tract. de homicid.  
necess. p. 1. n. 186. Jason. in alleg. l. n. 30. Bolognet. n. 47. in fin. vers. pra-  
dicta conclus. (c) prout rei vocabulum accipitur, in §. fin. Institut. de  
I. N. G. & C. nam & jura incorporalia, servitutem nempe, vel juris-  
dictionem; privilegia & c. rectè defendi, statuunt Bald. in l. 1. n. 30.  
C. unde vi. ibid. Joh. Faber n. 3. Bolognet. in l. ut vim, n. 77. ff. de I. & I.  
Carer. in pract. criminal. tr. de homicid. & assassin. §. circuitum, n. 31.  
ubi de defensione privilegii. (d) sive vis illa sit ablativa, quâ quis  
res nostras in totum nobis auferre nititur; sive turbativa. Quocun-  
que enim modo cum armis venientem, armis repellimus. l. quod  
est 3. §. cum igitur 9. ff. de vi & vi armat. l. 1. §. vim vi 27. eod. l. sed partis  
1. §. quari poterit 1. ff. quod metus caus. l. 1. C. unde vi: per verba ad de-  
fendendam possessionem. Immo adversus illum, qui de facto nõ-  
vum opus facere nititur, quoties Judex, re adhuc integrâ, adiri ne-  
quit, demoliendo, & sic vim repellendo, procedimus. Bart. in l. ut  
vim, n. 6. de I. & I. vers. interdum sit violentia edificando. (e) per eã.

quæ jam superius dicta sunt. (f) Pro simplici enim rerum defensione, non est permillum, aliquem interficere: arg. l. 1. vers. mortem, quam minabatur. C. quando lic. unicuique, sine judic. l. 25. §. Tabernarius 1. ff. ad l. Aquil. c. interfecisti 2. post med. vers. te tuaque defendendo. Extr. de homicidiis. eò quod homo sit nobilissima creatura, inter cuius vitam, & rerum defensionem, nulla detur proportio. arg. l. in pecudum, in ff. de usur. l. 2. pr. ff. de stat. homin. l. iustissime, pr. ff. de Edilit. Edict. pro bonis tamen omnibus defendendis, internecionem raptoris permillum esse, sunt qui statuunt, gl. & Dd. ad l. 1. C. unde vi, Bart. in l. ur vim, de Just. & Jur. Felin. in c. interfecisti, Extr. de homicid. nec juris rationibus se destitui arbitrantur, eò quod omnium bonorum metus, periculo mortis assimilatur: Dd. ad l. certa fama, C. de Jur. Fis. lib. X. l. 14. C. de Advocat. divers. judic. Quorum sententiam, in terminis, esse amplectendam, arbitror, si nempe inevitabilis necessitas, defensionem hanc suadeat, quæ legem solet facere; l. 27. ff. de manumiss. Testam. ipsa autem legem non agnoscere. l. aliquando 5. & ibi gloss. in ff. & l. 1. C. de operis libertor. Uti, si spoliatus rebus subtractis, fame perire necesse habeat. Nam si necare videtur, qui alimenta non præstat; l. 4. ff. de agnoscend. & alend. liber. c. pasce 21. dist. 86. Multò magis is, qui alicui alimenta, & vitæ rationem, subtrahit. (g) per ea, quæ in thes. seq. 25. proponuntur. In hoc tamen notanda est differentia, quod quoties personæ nostræ, vel alterius, vel etiam honoris, defensionem suscipimus, illud semper, prout & in defensione rerum, in continenti, debeat fieri. Hoc quidem casu, quando res nostras, vel aliorum, defendimus, vel licitè vindicamus, in continenti factum dicitur, quod, nullis actibus intervenientibus; licet tempus quoddam intercesserit, perfectum est. gloss. & Dd. in l. 3. §. cum igitur, verb. in continenti, ff. de vi & vi armat. c. olim causam, de restitut. spoliator. præprimis, si solus spoliatus, recuperandis rebus non fuit sufficiens, sed necesse habuit, amicos ad id convocare: Nam certum est, illum interea animum possidendi habere nunquam desuisse. Hostiens. in c. significasti. cl. 2. n. 17. Extr. de homicid. cum tamen regulariter, in prioribus casibus, id in continenti dicatur factum, quod in fragranti rixa; & non post eam, commissum est. per ea quæ partim in th. 23. h. fuere tradita. (h) Felin. in c. significasti §. extr. de homicid. n. 12. Jason. & alii Dd. ad l. 3. §. cum igitur, de vi & vi armat. & l. 1. C. unde vi, l. 1. C. quando unicuique lic. sine judic. vindicare.

F 2

Ex



Ex his itaque nullum nobis dubium remanet, quin fur diurnus, telo se defendens, rectè è medio tollatur (a), magis autem id procedere, in fure nocturno (b), nam licet hic reverà telo, ad sui defensionem, nec utatur, nec uti velit; tamen cum intentio eius, tempore noctis, discerni & cognosci, nequeat, præsumptio est, Dominum, absque internecione furis, tutum existere haut potuisse (c), ideoque simplici eius adsertioni, in hoc est standum (d), quæ eò erit verisimilior, si Dominus, cum clamore, ut sibi familiares succurrerent, nocturnum furem interfecit (e): quòd si tamen, absque periculo, furi parcere possit, quin eo casu iudici sit relinquenda vindicta, nullus dubito (f).

a) per l. si pignore § 4. §. furem interdum, ff. de furt. (b) partim, quod noctis tempus semper sit suspectum nobis ac invisum, regulariter namque malè agens, fugit lucem; Johan. 3. v. 20. c. perniciosum 21. n. 18. quæst. 2. partim, quod nox impediatur agnitionem personæ: gloss. in l. si cum exceptione, §. in hoc, ff. quod met. caus. & ideo delicta, noctis tempore commissa, acrius puniantur. Wesembec. consil. 40. n. 3. (c) litag, §. lex, ff. ad l. Aquil. Odofred. in l. si servus, post princip. versu, siquidem de nocte deprehensum, ff. eod. c. si perfodiens, extr. de homicid. ibd. Dd. (d) Ripa in tract. de nocturno tempore, c. 22. rubr. de homicid. n. 3. (e) Ad hoc enim, ut justam suam defensionem, & se iniuste vim perpestum, demonstrare queat, in legibus, clamare jubetur. l. itaq, §. 1. ff. ad l. Aquil. cum similib. text. (f) Nam, si nec fur resistat, & capi se patiat, utique absque suo periculo, quis potuit furi parcere, nec impunè feret, si illum interfecerit. arg. l. furem nocturnum, ff. ad l. Cornel. de Sicar. junct. l. §. ad l. Aquil.

## XXVI.

Cum autem defensio aliter non sit permessa, quam ubi offensio (a) defensionis æqualis (b), & justè metuenda (c) imminet (d), vel illata est (e), hinc nec gravior ipsa offensione existere debet. Quod fit, si arma commensurentur (f), & circumstantiæ loci (g) temporisve perpen-

perpendantur (b), sequitur, sine poena dimittendum non esse, si quis hæc non probè custodierit (i); licet tamen, ab ordinariâ, excusandus veniat (k).

a) Offensio requiritur, nempe ut ab alio quis insultatus sit; nec tamen primum ictum expectare cogitur. l. 3. & l. 4. C. ad l. Cornel. de Sicar. Constit. criminal. Carol. V. art. 140. §. Ist auch. l. Quid est 3. & 5. ff. de vi & vi armat. l. 1. verb. minator. C. quand. lic. unicuiq. sin. judic. ibid. Dd. Hippolyt. de Marsil. in pract. criminal. §. diligenter, n. 88. Obrecht. in tract. de necess. defens. c. 11. Gilhaus. in arb. judic. criminal. c. 2. tit. de Homicid. 12. n. 24. Cardin. Tusc. tom. 2. practicar. conclus. lit. D. conclus. 129. Incip. defensio est duplex. sed præventioni locus est, dummodò è signis quibusdam, ut quia evaginatur gladius, bombardâ è theca eximitur, manus levatur, constet, adversarium se ad pugnam præparare. d. l. 3. C. ad l. Cornel. de Sicar. Aretin. in tr. de malefic. verb. dictus Titius se defendendo, n. 11. Iodoc. Damhouder. in pract. criminal. c. 76. n. 6. Farin. in prax. crim. p. 4. tit. de homicid. 14. q. 125. partim, quòd sit tutius, sibi in tempore prospicere; quàm post acceptum vulnus, de remedio cogitare. l. 1. C. Quand unicuiq. sin. jud. partim, quòd primus ictus ita gravis possit existere ut defensionem omnem, offenso præcludat. Hoc tamen non incommodè hîc quaeritur: utrumne insultatus potius fugere; quàm se defendere debeat? Respond. affirmando, si absque periculo effugere possit. §. 3. Inst. ad l. Aquil. l. 11. pr. l. 45. §. 4. ff. eod. l. 2. & 3. C. ad l. Cornel. de Sicariis, Constit. criminal. Carol. V. artic. 140. §. vnd der benöhtigte. art. 142. §. Mehr/so für gewend. c. unic. de Homicid. in Clementin. (b) Defensio debet talis existere, qualis fuit offensio: arg. c. significasti, Extr. de homicid. volunt. & casual. Hinc rectè statuimus, insultatum non justè interficere; nisi imminente mortis periculo, l. is qui aggressorem 2. C. ad l. Cornel. de Sicar. Bologn. in l. ut vim, de l. & I. & si id aliter nequeat evadere. Nec tamen ita defensorem propriæ salutis astringimus, ut ictus ad mensuram, (quod, in ipso temporis momento, nec possibile est; nec utile) dentur, nec offensus aliter percutiat; quàm ipse percussus est: sed ut, imminente periculo, quocunque modo, se defendat. Nam quicquid, ob tutelam sui corporis, fecit, justè fecisse censendus est. l. 3. de Just. & Jur. (c) partim id ex coniecturis, ac signis, ut si minitans se ad certamen præparet; partim ex vita minitantis, si solitus fuerit minas facillè exequi, colligimus. Dd. ad l. 1. C. quand.



126  
quand. unicuiq<sup>3</sup> sin. judic. Gilhaus. in arbor. judic. crimin. c. 2. tit. de ho-  
mucid. 12. n. 32. Georg. Obrecht. in tr. de necessar. defens. c. 11. Farinac.  
d. l. quest. 125. n. 68. & seq. (d) prout in precedentib. iam notavimus.  
(e) Nam & post illatam vim, permessa est defensio; licet vim infe-  
rens, jam se in pedes coniecerit, si nempe, ex isthac fuga aliud no-  
bis sit metuendum periculum, ut vel si idèd fugam fecerit, quò ad  
acriùs pugnandum faciliùs vires recolligere posset. Farinac. dict. loc.  
quest. 25. n. 345. & seq. Faber ad Tit. Cod. ad l. Cornel. de Sicar. defn. §. n. 1.  
(f) Armorum enim paritas requiritur, sic armis offendentem, ar-  
mis repellimus. l. quod est 3. §. Cum igitur 9. ff. de vi & vi armat. Vult.  
ad l. 1. C. quando lic. unicuiq<sup>3</sup> sine iud. Borholt. ad §. juris precepta, Inst.  
de I. & I. quod tamen de paritate Geometricà accipimus, ut confi-  
deremus, num isthoc, quo utitur, teli genere, mihi mortem inferre  
possit. Georg. Obrecht. in tr. de necessar. defens. c. 11. n. 7. per l. 52. §. 1.  
ff. ad l. Aquil. Non autem de paritate Arithmèticà, partim quod eo  
modo vix haberi posset legitima defensio: utpote quæ in conti-  
nenti fieri jubetur: In continenti autem non suppetant arma per  
omnia, juxta arithmeticam proportionem, æqualia; partim quòd  
jura de his generaliter loquantur. l. si quis 3. C. ad l. Cornel. de Sicar.  
planè tamen interdum & inermis invadens ab armato offenso re-  
ctè interficitur, si hic ab illo se aliter defendere, vel aliter evadere  
nequeat; Farinac. d. loc. quest. 125. n. 359. aut invadens adèd sit robu-  
stus, ut invasum pugno suffocare possit. Farinac. dict. loc. num. 363.  
(g) Florian. ad l. 1. §. cum arietes, n. 2. ff. ad l. Aquil. Magon. decis. Lu-  
cens. 56. n. 6. quibus resistit Salomon in repet. l. ut vim, n. 7. de Just. &  
Jur. (h) Defensioni namque inesse debet celeritas, eò, quòd divi-  
sà jam rixà, non sit permillum ulcisci, sed judex veniat adeundus.  
l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil. l. 3. §. cum igitur, ff. de vi & vi armat. (i) Si quis  
superiùs notata coniunctim non servaverit, is quidem, adhibito  
moderamine, non tamen inculpatæ tutelæ, interfecit. Farinac. dict.  
quest. 125. n. 331. (k) Extraordinarià pœnà, judicis arbitrio determi-  
nandà, afficitur: Nam cum defensio facti sit, ita ut mox lata; in-  
terdum levis, nonnunquam levissima, intercesserit culpa, certa de  
his non fuit constituta regula; sed, judicis discretioni, eius determi-  
natio relicta: Farin. dict. quest. 125. n. 395. Jason in l. ut vim, num. 11. de  
I. & I.

XXVII.

In defensione se fundans, ad probandam offensio-  
nem



tiem, admittitur (a), ita tamen, ut fundatam, in hoc, intentionem habeat, qui vel testibus, in aliis negotiis non idoneis (b), & unico (c), suam intentionem probavit: vel qui saltem præsumtionibus (d), à suspicione se liberavit. Non enim, in dubia causa, torturam (e) ut indicium & probationem fallacem, admittimus; quin immò potius absolvendum esse nocentem; quàm condemnandum innocentem, statuentes (f).

a) ut enim non præsumunt jura, factum fuisse insultum; quippe quòd nemo malus præsumatur; ita quoque onus, probandi offensionem, reiciunt in affirmantem. l. 2. ff. de probat. Seyssel in repetit. l. ut vim, ff. de Just. & Jur. n. 77. Bart. in l. Aurelius §. idem, ff. de libertat. legat. (b) uti sunt mulieres. nam in criminalibus hæc admittuntur: l. ex eo, ff. de testib. l. qui testamento, §. mulier. ibid. Castrenl. in fin. versic. & breviter, de jure civili. ff. de testam. Joh. Faber. in §. testes autem, n. 1. versic. de jure civili. Aretin. ibid. n. 2. Inst. de testam. maximè, si aliter veritas haberi non possit: siquidem hoc casu, inhabiles admitti testes, constat. l. consensu 8. §. 6. vers. super plagis, C. de repud. l. 5. §. 6. ff. de re militar. l. 9. ff. de question. Felin. in c. quoniam, n. 1. versic. sed ipsum non sequitur, extr. de testib. Idque favore veritatis, quæ, quantum fieri potest, in lucem est producenda. l. illicitas 6. §. veritas 1. ff. de offic. presid. & judici permissum, omnibus modis inquirere veritatem, l. 15. apud 2. ibiq. Dd. C. de edendo, l. un. in fin. C. de dedit. in libertat. tollend. Auth. qui semel, C. quomodo & quando judex. sine qua oculis destitutus & cæcus esse dicitur, Vivius decis. 129. in fin. Aut (mulieres) ad innocentiam probandam veniunt, Alexand. consil. 5. col. 5. vol. 3. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 904. n. 5. nisi vel infamia, vel aliud impedimentum, fœminam repellat, Gomez. variat. resolut. tom. 3. de delict. c. 12. rubr. de probat. de delict. n. 13. vers. quod intellige. & is, qui pubertati proximus est. Nam, licet plenam non faciat probationem; ad qualequale tamen indicium faciendum est sufficiens. gloss in l. invitis, in verbo: sed nec pupillis, in fin. ff. de testib. eò quòd & hic jam aliquid intelligat, & doli capax sit. (c) Cui alias non creditur; l. 9. C. de testib. hinc autem illi fides habetur, ob rationem, quòd pro innocentia deponat. Boss. in practic. criminal. tit. de defens. reor. n. 10. (d) Hæc est præsumptionis virtus, ut transferat onus probandi in adversarium, l. f. ff. quod metus caus. l. 5. ff. de probat.

quo

272  
quo non probante, is liquidissimam dicitur habere probationem, qui præsumptione utitur: *l. si locuples 57. in fin. ff. de manumiss. testam.* gloss. in *l. tutor. C. de pericul. tutor.* Ita namq; præsumunt jura, aggressorem fuisse, qui fuit autor rixæ, qui magis vulneratus invenitur, robustior, animosior, junior, melioribus armis instructus, qui minas jactavit, fugiëtem fuit secutus, fugam fecit, & citatus à judice, comparere noluit. Farinac. *dict. quest. 125. n. 436. cum seq.* Cardinal. Tusc. *conclus. Absolvere in dubio innocentem 41. n. 26.* Albericus *ad l. 1. §. cum arietes 11. ff. si quadr. paup. sec. dicatur. n. 5. & idem ad l. 10. ff. de I. & I. (e) l. 1. §. Divus Severus 17. & §. questioni fidem 23. d. quest. (f) l. absentem ff. de pœnis.* Semper etenim sententia præferenda est, quæ laudatam in se habet benignitatem. *l. si ventri 24. §. 3. ibi: potest benignè dici, ff. de rebus auctor. judic. possidend. l. 3. ff. de his, qui in testamento, l. 10. §. 1. ff. de rebus dub. l. 2. §. 5. ff. de aqua & aqua pluv. arcend. l. 91. ff. de regul. Jur. cum infinitis similibus text. aliis.*

XXIIX.

Finis vindictæ privatæ, respectu alterius, est, ut is, quocunque modo id fieri possit, repellatur (a), vel è medio tollatur. Respectu defendentis, vel offendentis, eorumque rerum ac famæ, nec non aliorum, securitas, ut debito modo eâ frui queant. quod quoque contingit, si illos, qui nullâ gaudent securitate; licet, actu ipso, alterius securitatem non lædant, è medio tollunt (b).

a) Ut plurimum hîc agendum, ut quàm minimùm aliis noceamus; præprimis, si nostra salus in tranquillo existere possit, absque offensione alterius: quod si nobis immineat periculum, & e nomine, aliquid fuerit faciendum, ab omni pœna nos immunes servant. *l. 3. ff. de I. & I. l. 52. §. 1. ff. ad l. Aquil. cum similib.* (b) De quibus omnibus, cum in præcedentibus thesibus copiosè fuerit actum, ad illas Lectorem remitto, & illum, ut mihi, meisque studiis, faveat, obnixè rogo.

PARADOXA IVRIDICA.

1. *Quidam homo non habet caput.*
2. *Furtum de quo agitur in toto titulo I. de Obl. quæ ex delict. nasc. & constit. crim. Carol V. impossibile est admittere.*
3. *Vnus homo simul & eodem tempore pluribus in locis esse potest.*
4. *Qui civiliter & naturaliter debet, ad solvendum id quod debet, cogi non potest.*

SOLI DEO GLORIA.

ULB Halle  
003 882 810

3



(f) Sb

Konf







DISPUTATIO INAUGVRRALIS *517. Desp. XI*  
IVRIDICA, *1656, 12.*  
*19*  
De  
VINDICTA PRIVATA.  
QVAM  
DEO PRAESIDE,  
&  
ACCEDENTE CONSENSV AC  
DECRETO  
NOBILISSIMÆ & AMPLISSIMÆ  
FACVLTATIS IVRIDI-  
CAE ACADEMIAE ARGENTI-  
NENSIS,  
Pro summis in utroque jure consequendis  
honoribus ac privilegiis proponit,  
&  
*Solemni eruditorum examini ad diem 17. Maii,*  
*horis & loco consuetis, ventilandam & exami-*  
*nandam submittit*  
CASPAR Schwarzkopff/  
Rostoch. Megapolit.  
ARGENTORATI,  
Ex Typographéo FRIDERICI SPOOR.  
ANNO M. DC. LVI.

